



# **Specimen juridicum inaugurale de jure quod conjuges in bona communia habent**

<https://hdl.handle.net/1874/322798>

SPECIMEN, JURIDICUM INAUGURALE

DE

JURE QUOD CONJUGES IN BONA COM-  
MUNIA HABENT.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE BOOKS OF THE BIBLE  
BY J. H. ALLEN

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

CHICAGO, ILLINOIS

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE

JURE QUOD CONJUGES IN BONA  
COMMUNIA HABENT,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

AC

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EDUARDUS HUGO MARIA VON DABHNE VAN VARICK.

Haganus.

A. D. XXVIII M. JUNII A. MDCCCLVIII, HORA III.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE,

MDCCCLVIII.

REPUBLIC OF THE UNITED STATES OF AMERICA  
DEPARTMENT OF THE INTERIOR  
BUREAU OF LAND MANAGEMENT

WATER RIGHTS  
MAY 1914  
UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR  
BUREAU OF LAND MANAGEMENT  
WASHINGTON, D. C.

WATER RIGHTS  
MAY 1914  
UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR  
BUREAU OF LAND MANAGEMENT  
WASHINGTON, D. C.

M A T R I,

OPTIMAE, CARISSIMAE

NEC NON

PIAE MEMORIAE

VIRI CLARISSIMI

JANI RICHARDI DE BRUEIJS,

DUM IN VIVIS ERAT JURIS UTRIVSQUE DOCTORIS IN HACCE ACADEMIA JURIS  
PROFESSORIS ORDINARIJ, EQUITIBUS ORDINIS NEERLANDICI LEONIS ADSRIPTI.

PIO GRATOQUE ANIMO.

A.

SPRINTING CONFLICTS

STATIONARY CONFLICTS

The first of these is the conflict between the individual and the community. This is a conflict which is always present, and it is one which is often resolved in a way which is not to the advantage of either party.

THE CONFLICT OF INTERESTS

The second of these is the conflict between the individual and the individual. This is a conflict which is also always present, and it is one which is often resolved in a way which is not to the advantage of either party.

THE CONFLICT OF IDEAS

The third of these is the conflict between the individual and the idea. This is a conflict which is also always present, and it is one which is often resolved in a way which is not to the advantage of either party.

THE CONFLICT OF METHODS

The fourth of these is the conflict between the individual and the method. This is a conflict which is also always present, and it is one which is often resolved in a way which is not to the advantage of either party.

THE CONFLICT OF RESULTS

The fifth of these is the conflict between the individual and the result. This is a conflict which is also always present, and it is one which is often resolved in a way which is not to the advantage of either party.

## SPECIMINIS CONSPECTUS.

---

- SECTIO I. DE COMMUNIONIS BONORUM ORIGINE pag. 1.
- » II. DE JURE QUOD CONJUGES CONJUNCTIM IN BONA COMMUNIA HABENT pag. 35.
- » III. DE JURE QUOD MARITUS IN BONA COMMUNIA EXERCERE POTEST pag. 46.
- » IV. DE JURE QUOD UXOR RATIONE COMMUNIONIS HABET pag. 57.
- » V. DE UXORIS JURE PETENDI SEPARATIONEM BONORUM pag. 76.
- » VI. DE UXORIS JURE RENUNTIANDI COMMUNIONI BONORUM pag. 86.
- » VII. DE CONJUGUM JURE POST MORTEM DISPONENDI DE BONIS COMMUNIBUS pag. 94.
-



PROCESSES OF THE

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

L. S.

Academiam relicturum gratus me jubet animus tibi carissima mater! hac opportunitate maximas agere gratias, pro summa caritate, qua me a tenerrima vitae periodo, ad hunc usque diem prosecuta es: Semper me proh dolor! mature jam patre orbum praeceptis et monitis ad omnia bona et honesta incitavisti, qua sane difficili vitae sorte quum summa cura et liberalitate sis perfuncta, hoc unice studebo, ut tibi digne rependam; D. O. M. te diu servet incolumem, enixe precor!

Novissimus ad magnam illorum juvenum quum accedam catervam, quibus praestanti praeceptore J. R. DE BRUEIJS familiariter uti contigit, cheu! Pro te, tuos manes compello Vir beate! numquam post ullos memorande! occidisti, nec fata siverunt, te humanissime susceptis Promotoris partibus perfungi. Dum recolo, qualis mihi praeceptor, qualis amicus fueris, movet me tui memoria, teque mihi ereptum lugeo; talis enim fuisti, talem haberi studuisti, ut nihil ad speciem agens unice nitereris quam plurimis prodesse: Quid tuam doctrinam, come ingenium, summam humanitatem, tuam pietatem ab omni ostentatione remotam praedicem, omnibus nimirum discipulis, in communi patria dispersis notissima: illud autem profiteor, tui recordationem, qui toties me ad industriam et virtutem incitaveris, nullo tempore, nullis rebus deletum iri: profecto, quoad tristis et sollemnis illius diei imago est subitura, quo mihi ex tuo moribundi ore gravissima vitae praecepta audire licuit, id contendam, ut tuo exemplo virtutem assecutus propter ipsam, me tui memoria non prorsus indignum praestem.

Neque vestras unquam obliturus sum lectiones Triumviri Clarissimi IOLTI, ACKERSDIJK et VREEDE, in hacce

academia Juris Antecessores! gratias vobis habeo maximas, pro egregia vestra institutione; me vos habuisse praecceptores semper gloriabor.

Praesertim quoque tibi Clarissime VREEDE Promotor aestumatissime! multa me debere fateor. Etenim defuncti Clarissimi DE BRUEIJS partes in te summa benevolentia suscepisti, qua adjutus nunc mihi cursus academici stadium perficere licet!

Nec te Doctissime HAMMING! nunc silentio praeteribo. Etenim me puerum in tuam domum recepisti, mihi alter pater exstitisti, atque consiliis ita affuisti, ut tuae institutionis et contubernii recordatio mihi semper futura sit jucundissima.

Tandem et vos valeatis commilitones carissimi! vobis omnibus felix faustusque vitae cursus eveniat ex animo opto et precor.

TRAJECTI AD RHENUM,  
ante diem 24. m. Junii 1848.

---

A chaque pas que l'homme a fait vers la civilisation, la femme a fait un pas vers l'égalité avec l'homme.

RATHERY (*Revue de législation et de jurisprudence*, Tom. XVIII.)

---

## SECTIO PRIMA.

---

### DE COMMUNIONIS BONORUM ORIGINE.

---

Inter illa, quae vere dicere possumus patria instituta, certe primarium locum tenet communicatio bonorum inter conjuges.

Neque enim haec communicatio ex jure Romano ortum habuit, vel habere potuit, quippe cujus tum antiquioribus, tum recentioribus principiis prorsus adversetur.

»Jure Romano nulla inter conjuges contrahebatur communio bonorum, nisi honoraria duntaxat; id est, honoris causa maritus et uxor socii dicebantur omnis fortunae, una domus commixta familia, cum distincta haberent patrimonia 1).»

Donec enim conventio in manum mariti obtinuit, uxor transibat in mariti familiam, fiebat quasi filia familias 2), agnata suis liberis, sed hoc ipso excludabatur omnis idea communionis bonorum inter conjuges; tamquam filia enim nihil proprie habere potuit, sed omnia acquirebat marito, uti filia patri.

Sed et postquam in manum conventio ex usu recessit, invaluitque, ut mulieres nuptias inirent sine conventionione, fiebant utique uxores, sed minime filiae, manebant in familia sua, bona si quae

---

1) ANTONII MATTHAEI paroemiae, paroemia secunda.

2) GAJUS, I. § 114. II. § 98, 159. CICERO, in *Topicis*, Cap. IV. VOET, ad tit D. de Ritu Nupt. N<sup>o</sup>. 41.

habere sibi retinebant, ita vero ut plerumque dos constitueretur 1), unde maxime matrimonium a concubinato distinxerunt Romani: sed tum parapherna, tum dotes pariter adversantur notioni communionis bonorum, eamque excludunt 2).

Ex nonnullorum opinione, in Gallia a Romanis nondum occupata, communicio bonorum inter conjuges locum habuit 3). Sed primum res admodum incerta esse videtur; deinde non est dubium, quin jus antiquum Gallorum in plerisque locum cesserit juri Romano et subinde Germanico. Sed non opus est ut hac de re plenius agamus, consulenda est dissertatio viri consul-

---

1) Praeceptoris clarissimi HOLTH, *Hist. Jur. lineamenta*, § 292 et ibi notae.

2) VOET, ad tit D. de Ritu Nupt. N<sup>o</sup>. 65.

3) Recherches sur l'histoire du droit de succession chez les femmes, par RATHERY; in *Revue de législation et de Jurisprudence* par WOLOWSKI, tom. XVIII, pag. 641 et 42.



tissimi VAN NIEROP qui refutavit sententiam viri consultissimi VAN BUREN, idem statuentis. Qui quum niteretur loco CAESARIS lib. IV, c. 19 DE BELLO GALLICO. »Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fructusque servantur; uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit;» Vir consultissimus VAN NIEROP dicit, tum obtinuisse contractum aleatorium, quum hic aequipollens consisteret in eventu incerto 1); porro, rem esse dubiam, cum Caesar libro primo dicat, viros in uxores habuisse vitae necisque potestatem, quod

---

1) VAN NIEROP, de honorum communionis inter conjuges origine, praesertim in patria nostra. Amstel. 1839, pag. 24. Etudes historiques sur le droit civil Français, par KOENIGSWARTER in *Revue de législation et de Jurisprudence*, par WOŁOWSKI, tom. XVII, pag. 429.

perfecto parum congruens ideae communionis bonorum est 1).

Jam neque ex Jure Germanico, sive antiquis consuetudinibus Gentium Germanicarum nostra bonorum communio derivari vel declarari posse videtur. Jus familiae Germanicum longe diversum erat a jure Romano, attamen in nonnullis habuit similitudinem. Uxor non fiebat ancilla seu serva, uti ex moribus Orientalium; erat socia vitae, unde polygamia apud originis Germanicae gentes non obtinuit. »Nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiuntur. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant: munera non ad

---

1) Französische Staats- und Rechtsgeschichte von L. A. WARNEKÖNIG, TH. A. WARNEKÖNIG und L. STEIN. Basel 1848; tont II, pag. 245 et 246.

»delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta  
»comatur, sed boves et frenatum equum et scutum  
»cum framea gladioque. In haec munera uxor  
»accipitur. Atque invicem aliquid ipsa armorum  
»viro offert. Hoc maximum vinculum, haec arcana  
»sacra, hos conjugales deos artibrantur.” TACITUS de  
morib. Germ. C. 18.

Vel sic tamen uxor marito subiciebatur, quod ingenio hominum nondum exultorum et bellicosorum consentaneum erat 1).

Antiquo jure Germanico erant subjectae tutelae mariti, quod vocabatur MUNDIUM, MUNDEBURGIUM aequae ac apud alios populos originis Germanicae; I. Ripuariorum tit. 37. — immo erant in tutela perpetua: si non nuptae essent, sub ea patris, et patre deficiente, sub mundo certi cujusdam parentum masculorum, qui administrabat ejus bona 2).

---

1) RODENBURG, de jure conjugum, pag. 78.

2) HENRI KLIMRATH, *Travaux sur l'histoire du droit*

Ita omnia uxor acquirebat marito vel potius nihil sibi acquirebat. »Das Mundium des Ehemans »gab ihm eine ziemlich unbeschränkte Gewalt »über die Person und das Vermögen der Frau», dicit EICHORN 1).

Quamvis enim dira illa Orientalium servitus feminarum in occidente locum non habuerit, quamvis earum conditio, ubi de factis quaeritur, non fuerit dura, immo quamvis deinde et magnus honos ipsis sit tributus, uti equitum historia abunde confirmat, vel sic tamen juridica ipsarum conditio minime

---

*Français*, par WARNEKÖNIG, tom. I, pag. 378, leges ibi citatae.  
*Deutsche Rechtsalterthümer* von JACOB GRIMM, pag. 447.

1) KARL FRIEDERICH EICHORN, Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte § 54 in fine 55, 56, 63. Vid. GRIMM, in opere modo laudato. »Gütergemeinschaft, wie sie sich in spätern Zeiten bildete, ist dem begriff des alten mundiums völlig fremd.» Französische Staats- und Rechtsgeschichte von L. A. WARNEKÖNIG, TH. A. WARNEKÖNIG und L. STEIN, Tom. II, pag. 244 in fine et 245.

favorabilis fuit, in primis quod spectat bonorum acquisitionem.

Feminae enim in multis legibus antiquis masculis erant postpositae. Hoc videmus in *lege Saxonica* titulo 7, § 1. »Pater aut mater defuncti *filio*, non filiae hereditatem relinquit. § 5. Qui defunctus non filios, sed filias reliquerit, ad eos omnis hereditas pertineat, tutela vero earum, fratri vel proximo paterni generis deputetur. § 8. Qui filiam ac filium habuerit, et filius uxore ducta filium genuerit, et mortuus fuerit, hereditas patris ad *filium filii*, id est *nepotem*, non ad filiam pertineat.” — KLIMRATH in opere suo laudato 1), sic describit succedendi modum. »Les biens déférés successibles n'étaient pas considérés comme formant une masse homogène, mais on distinguait de la masse commune (meubles et acquêts) d'une

---

1) Pag. 385—388 atque leges ibi citatae. et EICHORN, § 65, in opere laudato.

part, les propres, de l'autre, les armes de guerre et bijoux des femmes. Chez les *Francs*, la masse commune était dévolue successivement aux enfants, puis aux père et mère, puis aux frères et soeurs, puis aux oncles et tantes et enfin au plus proche lignager paternel. Les propres au contraire, étaient réservés aux mâles parents par les mâles, à l'exclusion des femmes et de leurs descendants, aussi longtemps qu'il y avait des lignagers mâles du degré successible: à leur défant seulement il pouvait y avoir dévolution de la lance en fuseau.

Il est vraisemblable aussi que les ascendants ne succédaient pas aux propres, suivant la règle coutumière admise plus tard, que les propres ne remontent point. Chez les Bourguignons, comme chez plusieurs autres peuples Germains, il y avait cette différence, que la fille ne succédait jamais qu'à défaut de fils et de leurs descendants mâles, quoiqu'elle précédât les autres lignagers, même à ce qu'il semble pour les propres. Les lois des Bour-

guignons et des Lombards, après les descendants, appellent immédiatement les collatéraux sans faire mention des ascendants; celle des Thuringiens appelle la soeur avant la mère. Chez les Thuringiens l'héritier des propres était toujours aussi l'héritier des armes de guerre du défunt; chez ce même peuple et chez les Bourguignons, la fille succédait à l'exclusion de tous autres, même des fils, aux bagues et bijoux de sa mère."

Non longe patebat jus succedendi; immobilia omnia certe cedebant masculis. Lex Ripuariorum feminas excludit de terra aviatica. »Sed cum virilis sexus exstiterit, femina in hereditate aviatica non succedat." *Lex Rip.* LVI. IV.

»De TERRA VERO SALICA, nulla portio hereditatis mulieri veniat, sed ad VIRILEM SEXUM TOTA TERRAE HEREDITAS PERVENIAT" legitur in lege Salica. LXII, § 6.

Nonnulli explicant hanc exclusionem femina-

rum a successione, e natura mundi 1), alii vero eam explicant ex officiis masculorum, inter quae prima erat ultio proximi 2).

Sunt autem diversae opiniones de eo, quid sub terra Salica intelligendum sit. MONTESQUIEU vult terram Salicam fuisse patrimonium peculiare, quod cedebat masculis, consistens Taciti temporibus spatio circumdante domum, cujus postea, multis

---

1) THEODOR ADOLPH WARCKOENIG, *Historische Darstellung des Französischen Erbrechts*, Basel 1847. Die Ausschliessung der Frauen von der Succession scheint ein Grundzug des Germanischen Erbrechts gewesen zu sein, wahrscheinlich deshalb, weil sie stets im *Mundium* eines Andern, sei des Vaters, sei des Mannes, sei des Agnaten standen. Französische Staats- und Rechtsgeschichte, von L. A. WARCKOENIG, TH. A. WARCKOENIG UND L. STEIN; tom. II, pag. 436.

2) FRIEDRICH WILHELM UNGER, *Die Alt-deutsche Gerichtsverfassung*. »Die enge Beziehung zwischen der *Familie*, dem *Grundbesitze* und der *Blutrache*, welche bislang besprochen ist, findet sich aber eben so zwischen Grundbesitz und Blutrache, als zwischen jedem dieser beiden Verhältnisse einzeln und die Familie, wie es die Natur der Sache mit sich bringt.



terris expugnatis, idem nomen manserit 1). Ce-  
leberrimus MEIJER recenset Montesquivii senten-  
tiam, ac dicit eam legem nihil injusti habere,  
quum daret bona masculis, quia feminae armis  
suscipiendis ineptae essent, minime vero miran-  
dum esse, Marculfum eam reprehendisse, quum  
monachus esset et ita jus Romanum praefer-  
ret 2).

---

Das *Thuringische* Volksrecht drückt diese Beziehung auf das  
entschiedenste aus. Ad quemcumque *hereditas terrae* per-  
venerit, ad illum vestis bellica id est lorica, et *ultio pro-*  
*ximi* et solutio leudis debet pertinere. *Lex Angl. et Verin.*  
6. 5. et porro sic pergit. »Eben das Salische Volksrecht  
drückt da, wo es die Form einer Ausscheidung aus dem Fami-  
lienverbände beschreibt, auf das entschiedenste den Zusam-  
menhang zwischen diesem Familienverbände und der Blut-  
rache sowohl als dem Besitzthume aus' *Französische Staats-*  
*und Rechtsgeschichte* von L. A. WARNEKÖNIG, TH. A. WARNEKÖE-  
NIG und L. STEIN, Tom. II, pag. 225.

1) *Esprit des Lois*, livr. 28, Chap. 22.

2) *Esprit origine et progrès des institutions judiciaires*,  
tom. I, pag. 77 seqq.

HALLAM vult, terrae salicae exclusionem se modo extendisse ad bona hereditaria, non ad ea quae dominus postea acquireret emptione vel aliis modis, etiamsi quoque hinc ad defensionem terrae coactus 1).

Haud incongruum mihi videtur huc opiniones afferre nonnullas scriptorum clarissimorum, quos vir consultissimus WARNKOENIG, in dissertatione sua recenset. »Ueber die Bedeutung dieses letzten Wortes herrscht nicht blosz unter Deutschen, sondern auch unter den französischen Rechts-historikern ein grosser Streit. Nachdem viele Hypothesen hier aufgestellt worden, von denen die meisten wieder aufgegeben wurden, sind es vorzüglich noch zwei Hauptansichten die einander gegen überstehen. In Frankreich is der neueste Vertreter der einen PARDESSUS, der Hauptverfechter der

---

1) *State of Europe during the middle ages.* Chap. II, part. I.

andern GUÉRARD. Die von PARDESSUS aufgestellte und an die älteren sich anschliessende Ansicht ist die das *terra salica* das Erb- oder Stamtgut bedeute, also soviel sei als die *propres* des späteren französischen Rechts. GUÉRARD dagegen erblickt nach dem Vorgange von ECKHARDT, in der *terra salica* nur die *terra indominicata*, also das zum Hauptsitz (*sala*) gehörige Gut, das der Allodial-eigenthümer nach Verleihung alles übrigen beibehielt und im späteren französischen Rechte nicht selten unter dem namen *Vol du chapon* vorkommt.“ Porro vir consultissimus WARNKOENIG censuram agit opinionum quas retulimus, dicens eas non tantopere sibi invicem obstare, cum auctores praecipue spectaverint diversa loca: scilicet PARDESSUS legem salicam LXII; GUÉRARDI vero probationem niti documentis temporum Carolingicorum. Conclusio tamen auctoris non placet: scilicet quoniam PARDESSUS confitetur se documenta illa, quibus usus est GUÉRARD non potuisse explicare; ipse WARN-

KOENIG legem Salicam accipit duplici modo, vel sensu bonorum hereditariorum sive terrae aviaticae, vel sensu terrae indominicatae; nisi haec posterior praeferatur interpretatio, atque verba *terrae salicae* interpolata habeantur, veteribus manuscriptis nullam mentionem de eo facientibus 1).

Sunt porro aliae sententiae de *terra salica*, quas citat WIARDA 2). Si esset sub verbo *Allod* intelligenda tota res familiaris, tum terra salica opponi posset bonis fiscalibus. Cum aliis deinde terra salica habenda sunt ea bona, quae reges dabant tamquam beneficia suis fidelibus. Porro WIARDA 3) refutat opinionem eorum, qui volunt id significasse bona nobilium, a verbo germanico *saal*, quod aula regis significat, cum *Salius* non denotet nobilem, atque in lege salica non de nobilitate sermo sit.

---

1) In dissertatione laudata, pag. 22 et 23.

2) *Geschichte und Anlegung des Salischen Gesetzes und der Malbergischen Glossen* von T. D. WIARDA, pag. 250—55.

3) In Opere modo laudato, pag. 24.

Sunt et alii, qui sub terra salica intelligunt solum, quod victores Galliam invadentes occuparunt 1). Si postrema illa, quam attulimus sen-

1) De hujus gentis nomine et habitatione in patria nostra SIC VAN DE SPIEGEL, in opere *Verhandeling over den oorsprong en de historie der Vaderlandsche regten*. »Ik meen ook dat de naam van Saliërs hun, van wegens die nabijheid van de zee is aangekleefd; immers blijkt het duidelijk, dat die naam hun, als een onderscheidings- of bijnaam is gegeven, gelijk de Ripuarische Franken die de rivier-oever bewoonden, zoo genoemd werden van *ripa*, dat is een *oever*; dus weet men dat de Saliërs en Ripuariërs de twee hoofdsoorten der Franken waren; die men, ter onderscheidinge, *Saliërs*, dat is *Zee-landers* of *Zeefranken*, en *Ripuariërs*, rivier- of oeverfranken genoemd heeft. AMMIANUS MARCELLINUS, l. 17, cc. 8 schijnt dit te kennen te geven, wanneer hij zegt, *Franci quos consuetudo Saliōs appellavit*, door welke uitdrukkinge men niet anders verstaan kan, dan dat de naam van Saliërs hun *door eene gewoonte of gebruik* was gegeven, wel waarschijnlijk van de Romeinen, die den naam van *Zee-landers*, *Zeeuwen* of *Zeefranken*, niet kunnende uitspreken, dezelve in een vloeijender buiging hebben verwisseld.» — WAGENAAR iis nomen a flumine *Sala* dat. Vid. *Vaderlandsche historie*, tom. I, lib. III.

tentia vera sit, tum profecto exclusio feminarum ad omnia bona extendi inde non potest. Universitas igitur bonorum, cum antiquissimis temporibus commune masculorum in familia patrimonium haberetur, de communionem bonorum inter conjuges quaestio esse non potuit.

Deinde postquam religio Christiana invaluerat, feminarum exclusio a successione multum mitigata fuisse videtur, verum inde nondum constat, feminas plenum jus succedendi habuisse, multoque minus communionem bonorum obtinuisse. Denique si attendamus, Europae universam faciem sensim paulatimque feudalem fuisse factam, ita ut paucissima allodia superessent, inde facile intelligitur, communionem bonorum inter nobiles et immobilium possessores non obtinere potuisse, quippe quae communitio nativae feudorum indoli adversetur.

Feudum enim comprehendebat homagium, sive agnitionem domini superioris, et officia, inter quae

primarium erat auxilium in bello praestandum.  
»Der Zweck der Belehnung ist der Lehdienst,  
Wer ihn nicht leisten kann, ist von dem Lehnser-  
werbe und somit auch von der Lehnsuccession  
ausgeschlossen, daher die Unfähigkeit der Frauen  
in der Lehn zu succediren.“ Verba sunt doctissimi  
WARCKOENIG 1). Jam soli mares armis suscipiendis  
idonei erant, feminae ultro excludebantur; quod  
idem legimus apud scriptorem juris feudalis, quem  
citat RATHERY. »Dominus, qui feudum dat, eligit  
familiam, sanguinem, stirpem generosam, nihil-  
que minus velle creditur quam ut ad feudum ad-  
mittantur, qui seorsim a familia nascuntur. Fe-  
mina autem nubendo familiam claudit, atque in  
alienam transit, unde et caput et finis familiae  
suae dicitur. *Beneficium datur propter officium.*  
»Or c'était le service à la guerre, l'assistance dans

---

1) Vid. dissertatio laudata, pag. 23. et Französische Staats-  
und Rechtsgeschichte von L. A. WARCKOENIG, TH. A. WARCKOENIG  
und L. STEIN, pag. 448.

la cour féodale, le *faida* ou droit de vengeance, etc., toutes choses dont les femmes étaient regardées comme incapables 1).” Quantopere ab hocce instituto aliena sit communio bonorum, quisque facile intelligit. Parum enim convenit successio feminarum naturae feudorum; saltem primis temporibus, ea mere personalia erant 2).

---

1) Recherches sur l'histoire du droit de succession chez les femmes in *Revue de législation et de Jurisprudence*, tom. XVIII, pag. 401.

2) Mascovius, *de Jure feudorum in imperio Romano-Germanico*. Cap. III, § V. »In Germania omnia feuda, maxime imperii praesumuntur masculina, ejus praesumptionis fundamenta praecipua sunt ipsa origo feudorum, quodque servitia feudalia, tam militaria quam palatina, et ipsa in primis Curia Parium, natura sua virorum operam requirunt”; et § XXXI. Vel mere personalia sunt feuda, et plane non transeunt ad heredes. Tale est feudum habitationis. § XXXVII. Vel ad defensionem castri; unde feudum castrense *BURGLEHN*. Nam solebant conducere domini viros strenuos ad custodiam et defensionem castri, unde castellani vel castrenses dicti sunt. Vocatur quoque *SESZLEHN*, quia residere in castro vassallus debet.”



Tractu temporis, postquam pleraque feuda jam pleno jure hereditaria facta essent, cum princeps feminis feuda largiretur 1), atque feminae jus

---

1) Excludebantur tamen, nisi in investitura patris mentio facta esset. I feud., tit. I, § 3, II feud., tit. II. Jure nostro feuda haec erant *Rechte* et *kwade leenen*, teste *GRONNO Inleydinge* tot de Holl. Rechtsgeleertheit, II boek, deel 41, § 2. Deinde *goede leenen*, *onsterfelijke leenen*, *nieuwe onversterfelijke leenen*. Een nieuw onversterfelijk leen dat komt eerst op den zoon, bij gebreke van zonen op de oudste dochter etc. II. § 6, 7, et 16. Novus ordo succedendi in feuda invaluit, postquam coeperunt esse hereditaria. Jus primogeniturae viguit, sed mulier praeferebatur masculo si uno gradu propinquior esset; unde paroemium de feudis Hollandicis:

Het naaste lijf,  
De man voor 't wijf,  
De oudste op straat,  
Van eender graad  
Mannen voor vrouwen,

Altijt de Hollandsche leenen behouwen."

VOET, de feudis N<sup>o</sup>. 17, 62, 77; idem de pactis dotabilibus N<sup>o</sup>. 26, de Ritu nuptiarum 71 et 72. MATTHAEI, Paroemia, VIII. quod idem in Gallia obtinebat. Französische

succedendi jam sensim nactae essent, invaluit certe, ut etiam in feuda, contra nativam instituti rationem, succederent. Immo nonnulli feminarum jus succedendi in regna, quod ubique, si regnum francicum excipiamus, exercuerunt, inde repetunt; quod in ipsa historia patriae conspicuum est, primam comitissam ADAM, filiam Diderici VII, successisse patri suo, instigante ADELHEIDA matre. Quâ de re sic J. P. AREND »ADELHEIDE, de moeder van ADA, wist dat de opvolging eens broeders door zijnen broeder, onderoogluiking of goedkeuring des Keizers, van wiens wil dit afhing, in de groote rijksleenen wel genoegzaam ten regel, maar nog geenszins tot een wettigen regel was geworden; het was haar ook tevens bekend, dat het zeer gemeen was, wanneer een der eerste leenmannen des rijks eene gehuwde dochter als eenige erfgename naliet, dat

de Keizer, in de opvolging van het leen, den schoonzoon des verstorvenen, alle anderen voortrok 1).”

Vel sic tamen ex mutata hac feudorum ratione, communitio bonorum enasci nullo modo potuit; feuda enim erant familiarum propria, quae, extincta gente, cedebant domino superiori vel extinguabantur, unde feuda non potuerunt incidere in communionem bonorum; quod testatur GROTIUS verbis: »Leengoederen en de goederen bij uysterste wille verbonden, komen in geen boedelmenging, dan zooveel de vruchten aangaet 2).”

Necesse est igitur ut communitio bonorum aliud habeat fundamentum, et ex alio jure sit derivanda. Hoc fundamentum quaerendum esse existimamus in jure

---

1) In opere *Algemeene Geschiedenis des Vaderlands*, tom. II, pag. 192 et WAGENAAR, *Vaderlandsche historie*, tom. II, lib. VIII, pag. 301.

2) Inleydinge tot de Holl. Rechtsgeleerdheyt, II boeck, II. deel, § 10.

consuetudinario, sive in consuetudinibus illis, quae saeculo duodecimo et sequentibus in Europa, etiam in patria nostra invaluerunt. Sic VAN DE SPIEGEL de Belgio nostro in opere modo laudato. »Ik oordeele buiten eenige bedenkelijkheid te zijn, dat die zelve wetten en costumen, welke in het voorgaande hoofdstuk zijn aangetoond, bij den aanvang der Grafelijke regeeringe, den staat der rechten te hebben uitgemaakt, ook hun gezag behouden hebben onder onze eerste graven; tot dat zij door nieuwe wetten, keuren of gebruiken zijn afgeschaft; zoodat behalve de overgeblevene zeden der Batavieren, de Salische en Ripuarische wetten eigenlijk de hoofdwetten van het land geweest zijn; waarbij men nog voegen moet het Roomsche Recht uit den Codex van THEODOSIUS, en verscheide costumen, die door het verkiezen van andere wetten, als die der Saxers, Friezen, Burgundiers en andere stilzwijgende zijn ingekropen, en als een algemeen landrecht aangenomen.»

Hae consuetudines partim referunt jus Romanum antiquum, quod in Europam occidentalem penetraverat, partim etiam jus antiquum Germanicum, Salicum, Burgundicum, Saxonicum. RATHERY in opere laudato 1) sic breviter de jure Romano scripsit. »Dans presque tous les états de l'Europe, les lois Romaines avaient précédé les lois barbares, dans quelques-uns elles se soutinrent concurremment avec ces dernières. Ainsi l'on suivait le code THEODOSIEN dans la Gaule, le Breviarium d'Alaric chez les Goths; et si le droit Romain disparut en grande partie dans le Nord de la France devant la loi Salique, en Espagne devant celle des Wisigoths, il se conserva à l'est et dans le midi de la France avec les lois Gothiques et Bourguignonnes, en Italie avec celle des Lombards.» Ita quoque PARDESSUS de statu legum hisce tempo-

---

1) Pag. 403, operis laudati; utitur auctoritate MONTESQUIEU et SAVIGNII.

ribus »Dans le même pays, dans la même ville, dans la même maison, le Franc, l'Allemand, le Bourguignon, le Ripuaire, le Bavaïois etc. obéissaient chacun à une loi différente, c'est-à-dire chacun à la loi dont il était originaire 1).” Sed hae consuetudines, ex ipsa rerum natura, partim fuere novae, id est tales consuetudines 2), quas, auctis rerum commerciis, multiplicatis vitae civilis negotiis, usu igitur exigente et humanis necessitatibus, gentes Europaeae admiserunt et confirmarunt 3).

---

1) *Journal des Savans*, Janvier 1840. (censura operis SAVIGNII auctore PARDESSUS).

2) EICHORN, in opere laudato § 451, 452, 456. Cf. quoque ARNTZENIUS, De origine et progressu juris Belgici, pag. 20.

3) De varietate harum diversarum legum, quod attinet ad nostrum argumentum, sic GRM. »Einen Theil der *Errungenschaft* versicherten schon die früheren Gesetze der überlebenden Ehfrau, das ripuarische den dritten, das Sächsische den Halben:” tertiam partem de omni re quam simul conlaboraverint. Rip. 37: de eo quod vir et mulier simul *conquisiverint*, mulier mediam portionem accipiat et haec apud West-

Ecquis negaverit, jus mercatorium hanc habuisse originem? Jam ex eodem facto nostra bonorum communio manasse videtur.

Cum inde a saeculo duodecimo in Italia, deinde in reliqua Europa, felicior rerum ordo renasci coepisset 1), cum jam exstiterint civitates 2), in quibus mercatorum artificumque societates, quae subinde tantam vim in res Europaeas habuerunt, erectae essent vel etiam florerent, hominum divitiae inde valde fuerunt auctae. Hae divitiae non erant

---

Salaos, Ost-Salaos et Angarios nihil accipiat sed contenta sit dote sua. I, Sax. 9. — Kein Theil des deutschen Rechts hat eine solche Mannigfaltigkeit der Bestimmungen und Gewohnheiten entwickelt wie die Lehre vom Vermöge der Ehegatten; fast jede Landschaft und oft einzelne Aemter und Oerter zeigen eigenthümliches." Opere laudato, pag. 447 et KLIMBATH, Travaux sur l'histoire du droit Français, pag. 373, 374.

1) ROBERTSON, a view of the progress of society in Europe Sect. 1 in fine. History of America, Book I.

2) TRAPLONG, *histoire du contrat de société*, in Revue de législation et de Jurisprudence, tom. XVII, pag. 190—199.

fructus expeditionum bellicosarum sive rapinae, sed erant fructus pacis; quaerebantur enim industria, crescebant parsimonia. Utriusque igitur conjugis opera, stabat atque florebat domus conjugalis. Cum autem jus succedendi et acquirendi feminis jamdiu concessum esset, ipsi rei naturae et aequitati consentaneum visum est, ut pars eorum ad quae colligenda uxor contulerat, sive aquaestuum uxori concederetur. Et hoc ita fieri assolet, ut a parvis initiis res deinde incrementum capiat. Prima igitur communio ex nostra opinione, fuit communio aquaestuum, veluti praemium feminae industriae seu parsimoniae. Ab hacce communione certe plurimum distat, illimitata illa omnium omnino bonorum, quae subinde in patria nostra 1), ubique locum habuit, si Frisiam excipiamus 2).

---

1) VAN DE SANDE, Decisiones Frisicae, lib. II, tit. 5, def. X.

2) MONTANUS HETTEMA, Jurisprudentia Frisica, pag. 289.



Erat in Frisia communio lucri et damni, quae ipso jure inter conjuges vigebat, non vero in contubernio et concubinato, sed omnino in nuptiis illis quae dicebantur illegitimis, scilicet quum pater consensum denegasset. Conjuges in hacce communione quisque habebant bona sua propria. Quisque solus patiebatur damnum, suis bonis propriis allatum. Bona propria erant, quae acquisiverant donationibus inter vivos, vel testamento, vel legato, sed debita stante matrimonio contracta et damna communiter ferre debebant. Veniebant in communionem quaecumque ex communibus bonis emergerant lucra stante communione, et fructus et bona empta ab alterutro eorum, ex pretio distracti fundi proprii 1). Neque etiam communio bonorum ubique idem accepit incrementum. Videamus quod ad Franciam attinet.

---

1) Cff. VAN DEN SANDE, II, 5, definitio 2, 3 et 6. HUBER, Heedensdaegse Rechtsgelcertheyt, I boeck, XI capittel.

Romani populos devictos suis legibus adstringebant; sed victores Galliae atque Italiae, sinebant eos retinere priscas leges atque consuetudines. Hinc illa varietas legum in imperio Francico, Burgundico atque Longobardico. Ostrogothi vero cum regni constitutione, tum progressu cultus atque humanitatis adducti fuerunt, ut recederent magis a veteribus consuetudinibus, atque sub lege Romana vivere mallerent. Lex Visigothorum compilata fuit ab episcopis sub Romana lege viventibus, ut uterque populus sub eadem viveret. Eo tempore elementa *Gallica* atque *Romana* nondum ita transiverant in instituta *Francica* et coaluerant; nec cessaverat distinctio legum in provinciis Septentrionalibus a flumine Ligeri, post Carolum Magnum. Feudales enim consuetudines successionis obstantes legibus civilibus, atque jura jurisdictionis patrimonialis, quae nobiles acquirebant, prorsus juris Romani auctoritatem in hac parte Franciae sustulerunt. Sed in parte meridionali superstes fuit rerum

conversionibus medii aevi, quidquid causae fuerit; atque ita oriebatur notabilis illa legum differentia inter *provincias juris scripti*, atque *juris consuetudinarii*, his utentibus consuetudinibus veteribus, illis vero jure civili 1). Notum est communionem in Franciae provinciis juris consuetudinarii, non accepisse eandem extensionem quam apud nos. Neque enim ibi bona immobilia, avita et jure hereditario ad conjuges delata, in communionem inciderant, sed tantum mobilia initio allata et acquisita, deinde omnia quae subinde mobilia vel immobilia industria vel parsimonia acquirebantur; quod jus ipso codice Napoleontico confirmatum videmus. (Articulis 1401—1408).

Sed in patria nostra res alium habuit exitum; nostrae civitates industria et mercatura maxime florere coeperunt; hinc multorum patrimonium maxime constitit mobilibus, in primis in urbibus; hinc

---

1) Vid. HALLAM, Europe during the middle ages, pag. 74.

systema communionis latius fuit extensum, ita ut communitio omnia bona, tam praesentia quam futura comprehenderet 1). Hoc jus ab urbibus translatum est ad pagum, exceptis feudis, quae jure speciali regerantur 2). Unde illimitatum regimen communionis, excepta Frisia, jus commune patrium factum est.

In Frisia fuit magna juris Romani auctoritas; certe dici posse videtur id valuisse ibi expresse, nisi ei derogatum esset jure speciali Frisico, teste VAN DEN SANDE 3) et ita HUBER 4); addit quoque,

---

1) GROTIUS Inleidinge, Boek II, deel II, § 8. Bij huwelyk aengegaen in Hollandt ofte West-Frieslandt geschiedt *Boedelmenging* door het Landrecht, uytgenomen voor zooveel dezelve bij Huwelyksche voorwaerden uytgeslooten ofte gemindert zijn. MATTHAEUS, Paroemia II. Consultissimus DIEPNIUS. Het Nederlandsch Burgerlijk Regt naar de volgorde van het Burgerlijk Wetboek, § 768.

2) GROTIUS, I. I. I Boek, deel V, § 21, idem II Boek, deel XI. RODENBERG II de jure conjugum in introductione et tit. II, cap. IV, § 3. VOET, de Ritu Nupt. N<sup>o</sup> 71.

3) VAN DEN SANDE II, 7, def. 1.

4) *Heedendaegsche Rechtsgeleertheit*, I Boeck, cap. II, § 47.

feuda non habuisse magnam vim in Frisia. »Dat de aloude vryheyt der Friezen niet konde lyden, dat men op haer goed de naem van *dienst* konde leggen." Sed omnino apud eos viguit feudi species ad promovenda studia juvenum. »Zijnde *vastigheden* by oude eygenaers meest door testamenten geordonneert, om altoos in seker geslachte te verblijven, ten eynde daarop iemand ter studie mag worden gehouden, of eenig ander goed gebruik daervan werden gemaakt, ten besten van kerk of staet 1)."

Quo vero tempore communio in patria introducta sit, non satis constat. Occurrit apud Grotium voce *Boedelmenging door het landrecht*, in placæetboek van Utrecht, verbis *consuetudinairre gemeenschap, et goederen half en half in selwerder Landrecht*. Recepta fuit in Hollandia, Zeelandia, Gelria, Transisalania, Trajecti, Gro-

---

1) Idem Boeck II, cap. 26, § 5.

ningae et in Selwerdia. In urbe Groninga anno 1374. Non vero obtinuit in Omlandis, Frisia atque Drenthia 1).

Per illud temporis spatium, per quod jus Francicum apud nos viguit, locum habuit Francica illa communio quae mobilia ac aquaestus continet, immobilia praesentia et titulo hereditatis vel donationis acquisita a communione excludit, haec utriusque conjugis familiae salva esse voluit.

Dum novus noster codex civilis disceptabatur, nostrates continuo propugnabant jus patrium antiquum, Belgae e contrario jus Francicum unguibus et rostro defendebant. Post Belgarum defectionem res dubia igitur esse non potuit, vicit

---

1) VAN NIEROP, diss. laud. pag. 37, et ARTZENIUS, ab eo citatus. VOET, ad tit. D. de pactis dotalibus, de Ritu nuptiarum et de feudis. SELWERDER Landrecht van 1529, met aanteekeningen van Mr. J. S. G. KONING en Mr. H. O. FEITH, 10. ASSER, *het Nederlandsch Burgerlijk Wetboek, vergeleken met het Wetboek Napoleon*, § 116.

jus nostrum; legislator reduxit jus vetus Hollandicum, universalem seu omnium omnino bonorum communionem inter conjuges 1).

---

1) Viri gravissimi J. C. VOORDUIN, *Geschiedenis en beginselen der Nederlandsche Wetboeken*, tom. I, pag. 70 seqq. tom. II, pag. 294 seqq.

## SECTIO SECUNDA.

---

### DE JURE QUOD CONJUGES CONJUNCTIM IN BONA COMMUNIA HABENT.

---

Si conjuges eam pactis nuptialibus haud excluderint vel restrinxerint, ipsa legis vi, momento celebrationis nuptiarum inducitur universalis bonorum communio, ex qua omnia omnino bona tum praesentia, tum futura, atque similiter omnia et praesentia et futura debita inter conjuges



communiam fiunt, et veluti unum constituunt patrimonium (art. 174 Codicis civilis); neque opus est ut in communione illa distinctionem faciamus inter fructus naturales et civiles 1).

Tertio certe integrum relinquitur, bona ita donare vel legare, ne in communionem incidant (art. 175 Cod. civ.). Sed exceptionem patitur quoad portionem legitimam. Ea enim portio legitima non datur heredi voluntate testatoris, sed ipsa lex prohibet, quominus eam retineat 2).

Sic quatenus quis hodie bona recte fideicommisso oneravit, ea exceptit a communione 3).

Sed conjugibus, quibus ante nuptias integrum est statuere quae velint, modo legibus vel moribus haud adversentur, non licet subiinde ullam

---

1) Vid. DIEPHUIS, opere laudato, § 788.

2) Vid. DIEPHUIS, opere laudato, § 788, 789, 790. ZACHARIAE, II, § 507.

3) Cff. art. 928, 1020, 1221, 1025. Codicis civilis.

rei mutationem afferre, ne convenire quidem, fore ut communio alio tempore, e. g. post annum incipiat, (art. 174 Cod. civ.). Optima ratione voluit legislator, ut conjugum jura continuo certa fierent, nec postea mutationem subirent, unde profecto gravissimae difficultates oriri possent.

Ipsa igitur nuptiarum celebratione ultro 1) inducitur bonorum communio, etsi igitur conjugum alter continuo post celebratas nuptias extingueretur, communio omnes effectus suos produceret, eodem modo, ac si communio per plures annos steterit.

Hoc idem effectum habebat jure veteri Hollandico, postquam contractae essent solemniter nuptiae coram lege loci, vel in facie ecclesiae per benedictionem sacerdotalem; quod item obtinebat in Gelria et Transisalaniam. Ultrajecti vero et in Frisia requirebatur ingressus in thorum nuptialem,

---

1) Art. 44, 126 seqq. et 174 Cod. civ.

quod item in urbe Schoonhoven et Vianen et Medioburgi invaluit 1).

Jura, quae quisque conjux in bona communia a parte alterius allata acquirit, communia utrique conjugi fiunt. Sic quidem quisque conjux acquirit condominium sive dominium pro indiviso in omnibus bonis, quae ab altera parte in communionem incidunt, itaque quisque omnium evadit dominus pro indiviso.

Quamvis igitur matrimonium articulo 639 Codicis civilis non referatur inter modos, quibus dominium acquiri possit, tamen dicto sensu huc pertinet 2); videatur consultissimus DIEPHUIS. »Door die gemeenschap gaat de *eigendom* dier goederen

1) VOET, de Ritu Nupt. N<sup>o</sup>. 93. VAN DER KEESSEL, *Theses Selectae Juris Hollandici et Zeelandici*, thesis 218.

2) VOORDUIN, opere laudato, tom. I, pag. 67, tom. II, pag. 303.

*voor de helft over* op den anderen echtgenoot, maar geheel van regtswege en zonder dat hier eenige levering, zoo als die bij de wet voor roerende en onroerende goederen is voorgeschreven, te pas komt” et porro. »De goederen der beide echtgenooten zijn, ten gevolge der wettelijke gemeenschap, niet meer hun bijzonder eigen, maar voortaan *beider gemeenschappelijk eigendom*, waarop zij in zooverre gelijke regten hebben en die zij onverdeeld bezitten 1).” Jam dudum GROTIUS in opere suo Inleydinge tot de Hollandsche Rechtsgeleertheit 2) matrimonium enumerabat inter modos acquirendi dominium per universitatem. »*Bekoming van eygendom van veel begrijpende zaken*” ac »*Tot een hoedel dan werdt eygendom bekomen door Boedelmenging*, de welke geschied bij huwelijk of buiten huwelijk; et *Bij*

---

1) Opere laudato, § 771, 775, 777 et 801.

2) Boek II, deel XI. § 1, 7 et 8.

*Huwelijk aengegaen in Hollandt ofte West-Vrielandt geschiedt boedelmenging onder egtgenoten, door het Landrecht."*

Neque tantum proprietas, sed et possessio sine traditione vel cessione conjugibus ipso jure acquiritur. Nullum videtur esse dubium, quin maritus continuo ratione immobilium, quae uxor attulit, possit uti actionibus possessoriis sive interdictis.

De jure veteri Hollandico VOETIUS ad titulum Digestorum de Ritu Nuptiarum N<sup>o</sup> 68 expresse docet, haec: »Posita statutaria hac bonorum omnium ex nuptiis communiōe, omnia ipso jure sine »traditione corporalium, et cessione incorporalium »communicantur tum praesentia, tum futura — »idque tum proprietatis tum possessionis intuitu." Principia quibus hoc nititur, exponit in eodem opere in titulo Digestorum de Acquirenda vel Amittenda possessione N<sup>o</sup> 13. Postquam docuerat, neminem posse, dum possessionem retinet, mutare sibi causam possessionis; hoc est, dum corpore et animo

possessioni incumbit, nulla extrinsecus accedente causa, statuere secum non posse, ut ex alia causa possideat, quam ex qua hactenus possedit, ex lege 3, § 19 et lege 19, § 1. Digestorum *de acq. vel amitt. poss.*, subinde addit, regulam illam impedimento non esse, quominus aliquis illud, quod hactenus suo nomine possedit, deinceps velit ac possit alieno nomine possidere, cum nec tunc *mutet* sibi *causam* possessionis, sed desinat possidere et alium possessorem ministerio suo faciat, ex lege 18 pr. Digestorum *de acq. vel amitt. poss.* qualis possessionis transferendae modus vulgo *constituti possessorii* venit appellatione 1).

---

1) CHRISTIAN FRIDERICUS MÜHLENBRUCH, *Doctrina pandectarum* tom. II, § 236. Caeterum quod quis suo nomine possidet, etiam alieno nomine possidere potest, ut peculiaris apprehensionis facto opus non sit ei, qui acquirat, quod *constitutum possessorium* recentiores vocant; et von SAVIGNY *das Recht des Besizes* editio sexta pag. 72, 374: Bey einer *societas universorum bonorum* wird die Tradition aller einzelnen Sachen

Jam nihil videtur obstare, quominus haec ad conjuges applicemus atque dicamus, utrumque conjugem, inde a celebratione nuptiarum, res suas non amplius sibi soli sed et alteri conjugi possidere coepisse, atque ita possessionem per constitutum possessorium conjugi acquisitam esse, non aliter ac si corpore eam apprehendisset.

Quum igitur dominium omnium eorum, quae in communionem veniunt, utrique conjugi acquiratur, plenum certe dominium penes ambos est, unde efficimus regulam, conjuges *una* de bonis communibus disponere posse, omnibus iis modis, quibus *dominus de re sua disponere potest*, sive onerando ea, sive alienando quovis titulo.

Cum autem nonnulli hanc disponendi facultatem, quoad donationes restrictam esse existiment,

---

als geschehen angenommen, sobald der Vertrag abgeschlossen ist, was wieder nicht anders als durch ein *Constitutum* gedacht werden kann.

necesse est, ut in hanc rem paulo plenius inquiramus.

Vir consultissimus SCHÜLLER 1) in adnotatione ad articulum 179, postquam docuerat, quomodo mariti facultas donandi restricta sit, addit prohibitionis rationem, his verbis: »Het nadeel dat »de vrouw, zoo dit veroorloofd ware, lijden zoude »is blijkbaar,» et tum ita pergit: »Doch kan de »man met tusschenkomst van de vrouw bij wege »van schenking beschikken? Neen: de wet onderscheidt niet; en door den invloed des mans op de »vrouw, zoude zij dan ook haar doel wel missen.»

Ab hac viri consultissimi sententia recedere mihi liceat. Duobus argumentis opinionem suam firmare studet; prius continetur verbis: »*De wet onderscheidt niet*», applicat igitur notissimam interpretationis regulam: ubi lex non distinguit, nec

---

1) In opere *Burgerlijk Wetboek met aanteekeningen door Mr. c. l. SCHÜLLER*, pag. 42.



nostrum est distinguere. Sed, ut mihi videtur, regula huc male trahitur; ubi lex sine distinctione de genere seu de *universitate* disponit, nos non debemus distinguere et speciem a dispositione excipere. Verum lex hic non disponit de genere sive universaliter, sed de *specie*, scilicet de marito, quid scilicet facere possit citra uxoris consensum; hoc non possumus applicare ad conjuges, ubi una et conjunctim agunt 1). Expressa prohibitio legis necessaria esset, qualis in Jure Romano et Francico 2) de fundo dotali occurrit, ceteroquin prohi-

---

1) DIEPHUIS, § 318 et DURANTON. *Cours de droit civil* XIV N<sup>o</sup> 272. »Mais avec le concours de la femme, il peut donner à toute personne quelconque, non seulement une quantité du mobilier, mais encore les immeubles; il suffit que le donataire soit capable de recevoir de l'un et de l'autre — car la limite que la loi a mise à son pouvoir est évidemment pour le cas où il voudrait disposer seul des immeubles ou d'une quantité du mobilier, et au profit d'un autre qu'un enfant commun.»

2) Lex unica Cod. § 15, de rei uxoriae pr. Inst. lib. II, tit. VIII. Code civil art. 1421, 1422.

bitionem legis non sancitam creamus, quod juris principiis adversatur.

Alterum argumentum auctori suppeditat finis legis, quem vocat, »en door den invloed des mans op de vrouw, zoude zij ook haar doel dan wel missen.» Sed quis est finis legis? non hic, ne conjuges communi consensu disponentes, donando sibi nocceant, sed ne maritus donationibus uxori citra ejus consensum noccat. Sed quam primum utroque voluntas intercedit, cessat prohibitio 1), quia nullibi occurrit, et in hac sectione de alia re agitur.

---

1) W. L. VAN HEECKEREN VAN BRANDSENBURG, de communionem honorum legali inter conjuges, in primis secundum jus novum Hollandicum; Traj. ad Rhen. 1837, pag. 28.

### SECTIO III.

#### DE JURE QUOD MARITUS IN BONA COMMUNIA EXERCERE POTEST.

Quisque conjux igitur pro indiviso est dominus omnium bonorum, quae in communionem inciderunt, et conjunctim omnibus modis de iis disponere possunt. In quavis alia bonorum communi-  
one, in quam plures, veluti et legati vel donationis causa inciderunt, idem locum habet, sed ibi,

tum quoad administrationem, tum quoad dispositionem communis consensus requiritur; si dissentiant, nihil superest, nisi ut ad divisionem procedant, eamve provocent.

Communio bonorum inter conjuges huic juri communi relinqui non potest. Scopus unionis est, ut demum soluto matrimonio solvatur; stante eo, non nisi gravissima de causa et a iudice dissolvi potest art. 241 Cod. civ. De vrouw kan, staande huwelijk, bij den regter scheiding van goederen vragen, doch alleen in de volgende gevallen:

1°. Wanneer de man, door een kennelijk wandelgedrag, de goederen der gemeenschap verspilt, en het huisgezin aan ondergang blootstelt;

2°. Wanneer door de wanorde en het slecht beheer zijner zaken, de waarborg voor het huwelijksgoed der vrouw, en voor hetgeen haar naar regten toekomt, zoude verloren gaan, of door grof verzuim in het beheer van het huwelijksgoed, hetzelfde zoude worden in gevaar gebragt.

Ad res communes administrandas vel alienandas utriusque conjugis consensum indistincte requirere, et naturae matrimonii adversaretur, et gravissimis perpetuisque discordiis inter conjuges causam praerberet. Itaque lex debuit statuere quid de administratione communionis juris esset, et quale jus stante communiōe quisque conjux exercere possit; hoc autem factum est sectione secunda tituli 7<sup>i</sup> libri I Codicis civilis.

Tum ex rei natura, tum ex legis dispositione maritus familiae caput est, et uxor marito obedientiam debet (art. 160, 161 1) Cod. civilis). Ita-

---

1) *Art.* 160. Verba articuli sic se habent. De man is het hoofd der echtvereeniging. Als zoodanig verleent hij aan zijne vrouw bijstand in regten, of verschijnt aldaar voor haar, behoudens de uitzonderingen hierna omschreven. Hij bestuurt de goederen, aan de vrouw persoonlijk toebehoorende, tenzij het tegendeel zij bedongen. Hij moet die goederen als een goed huisvader beheeren, en is voor alle verzuim in dat beheer verantwoordelijk.

que etiam rei naturae consentaneum erat, ut primae partes darentur marito, et, quamvis uxor esset condolina bonorum communionis, tamen quoad exercitium, hoc jus dominii, stante communione, quasi sileret, atque e contrario maritus consideraretur tanquam dominus communionis.

Hoc autem factum est dicta sectione secunda, qua primum definitur quid liceat marito soli et citra uxoris voluntatem; (art. 179) deinde et de uxore agitur. (art. 180 Cod. civilis.)

Ratione mariti duo in censum veniunt, administratio et dispositio. Ratione administrationis jus mariti plenum et illimitatum est: dicitur enim art. 179 al. 1. »De man alleen beheert de goederen der gemeenschap 1).»

---

1) Hij vermag hare onroerende goederen, zonder hare medewerking, niet te vervreemden of te bezwaren. et art. 161. De vrouw is aan haren man gehoorzaamheid verschuldigd. Zij is verplicht met den man zamen te wonen, en hem overal te volgen, waar hij dienstig oordeelt zijn verblijf te houden.

Haec enim vox *alleen* habet vim indicandi, uxori nullum esse jus sese immiscendi administrationi bonorum, vel mariti administrationi se opponendi. Itaque maritus solus facere potest omnes illos actus, qui cadunt sub notionem administrationis, et intra hujus terminos subsistunt; neque uxori ullum est jus limitandi turbandive 1) ma-

---

1) Conferatur maxime *voorduin*, in opere saepius laudato, Tom. II, pag. 333 seqq., ubi vir gravissimus *DONKER CURTIS*, paucis verbis optime suam opinionem de hac quaestione professus est. *DIERHUIS*, § 206 seqq. » Wanneer hij zijne landerijen wenschte te verkoopen, ten einde den opbrengst daarvan voor den handel of voor eene fabriek te gebruiken, waarvan hij misschien eene gunstige verwachting keesteren mogt; wanneer hij eene fabriek vervreemden wilde, waarvan hij niets dan nadeelige uitkomsten verwacht; wanneer hij de vaste goederen der gemeenschap tegen andere voorwerpen verwisselen wilde, waarvan hij rijkere vruchten hoopt, — zoo zou hij in dit alles aan de onkunde, den onwil, de zucht tot plagen misschien van de vrouw onderworpen zijn, en niets van dat alles verrigten mogen, wanneer zij goedvond, hem te dwarsboomen.»

riti facultatem, nisi petat bonorum separationem.  
(ex articulo 241 citato Cod. civilis.)

Altera mariti facultas spectat dispositionem, sive actus domini qui vulgo dicuntur, quos nonnisi dominus vel alter vi mandati specialis edere potest. Hic etiam magna est mariti facultas, sed non tam plena quam ratione administrationis.

Primo quidem lex distinguit inter actus *titulo oneroso* et *titulo lucrativo* factos; posteriores intelliguntur solae donationes, priores ceteri omnes inter vivos disponendi modi.

Quoad dispositionem *titulo oneroso* factam, marito conceditur omnis potestas: dicitur enim articulo 179: »Hij kan dezelve *verkoopen, vervreemden* en *bezwaren*, zonder tusschenkomst van de vrouw.» Hisce tribus verbis omnes dispositiones titulo oneroso comprehenduntur. *Vendere* certe est *alienare*, unde forte sufficeret dicere: *vervreemden* en *bezwaren*. Sed quidquid sit, maritus non tantum vendendo, sed et permutando



transigendo et omni modo res alienare potest, modo id fiat titulo oneroso. Subinde potest et res onerare (*bezwaren*), quod verbum latiori sensu sumendum videtur, ita ut maritus non possit tantum res singulas communes hypothecae obligare vel pignori dare, sed et debitis contrahendis communionem onerare.

Itaque quoad dispositionem titulo oneroso, mariti facultas plena est. Vel sic tamen potest pactis nuptialibus aliquatenus restringi, quod certe secus est quoad administrationem. Licet uxori excludere communionem bonorum, rerum suarum administrationem sibi stipulari. (art. 195 Cod. civ.)

Jure veteri Hollandico maritalis potestas erat major; marito etiam data erat potestas alienandi bona, quae uxor communiione excluserat.

» Hij vervreemdt ende bezwaart hare goederen, ook die zij buyten de gemeenschap heeft gehouden, na zija welvallen, zonder dat hij hare bewilliging daartoe van noode heeft.” Major fuit apud

Sylvaducenses; vid. consultissimus VAN HEURN 1), qui citat consuetudinem sic sonantem: »Een man is momboir van syn huysvrouwe, ende mach alleen haer goeden, actien, ende schulden, als momber, vervolgen, heyschen ende beschudden, ende daerenboven mach soewel allen zynre huysvrouwen goeden, van haerentwege gecommen, als syn eygen goeden, sonder consent, ende bywezen van zynre huysvrouwe vercoopen, versetten, veralieneren, belasten, ende anderssins verbinden, eygene leen-goeden wesende.» Vir consultissimus putat, eam consuetudinem ex legibus salicis ortam esse.

Sed non posset uxor pacto limitare administrationem communionis, multoque minus hanc sibi pa-

---

1) Inleydinge, I boek, deel 5, § 22. VAN HEURN, Spec. jur. inaug. de jure matrimoniali secundum veteres consuetudines Sylvaducenses, Traj. ad Rhen. 1825, pag. 10, 5, auctores ibi citati. VOET, de Ritu Nupt., No. 92.

cisci; hoc citato articulo 160 adversaretur. Disponendi facultas vero, quoad certa bona restringi potest, ita ut marito haud liceat ea alienare citra uxoris consensum. (articul. 195, al. 3. Codicis civilis). »Het staat hun ook vrij te bedingen dat, niettegenstaande de wettelijke gemeenschap, de onroerende goederen, de inschrijvingen op het grootboek der nationale schuld, en de andere effecten en inschulden ten name der vrouw staande en door haar aangebragt, of die, staande huwelijk, van hare zijde in de gemeenschap mogten vallen, buiten hare medewerking, niet door haren echtgenoot zullen mogen worden vervreemd of bezwaard.” Ad haec duo notanda sunt; primum alienandi facultatem restringi non posse nisi ratione bonorum, quae a parte uxoris in communionem venerunt sive ab initio, sive etiam postea, veluti ex hereditate uxori stante matrimonio allata. Itaque restrictio non posset extendi ad bona a marito allata; hoc adversaretur principio

citati articuli 160, et porro exceptio non est extendenda 1).

Alterum quod observari debet est, restrictionem tantum respicere posse illas res, quae enumerantur dicto articulo 195 al. 3, non alias, ita ut hic valeat argumentum a contrario verborum sensu petitum; scilicet res, quae enumeratae non sunt, maritus libere alienare potest, quamvis ab uxoris parte allatae sint; et hoc habet rationem; nomina inscripta registris aliorum populorum nostris legibus non reguntur; possunt alienae leges certas alienandi conditiones vel solemnitates requirere, in quas vim exercere legislator noster nec debuit nec voluit 2). Quoad cetera nomina, tum publica, tum privata, res inde pendet, num uxoris nomen contineant, *ten name der vrouw*

---

1) DIEPHUIS, § 311.

2) SCHÜLLER, in opere laudato, ad art. 95, pag. 46.  
VOORDUIN, II, pag. 365.

*staande* nec ne: restrictio priora tantum respicere potest, non posteriora, quod etiam ratione non caret; ubi enim nomina non sunt constituta certae personae, sed uti vulgo dicitur *in blanco*, restrictio facultatis alienandi innumeris difficultatibus et litibus ansam praebere possit.

Haec spectant maritum: proximum nunc est, ut de uxore videamus.

#### SECTIO IV.

---

##### DE JURE, QUOD UXOR RATIONE COMMUNIONIS HABET.

---

Uxor, uti vidimus, habet aequè ac maritus, dominium bonorum communium; si igitur jus domini per se spectetur, nulla inter maritum et uxorem est differentia, sed maxima haec est, quoad exercitium hujus juris. Eatenus maritus universe et salvis limitationibus consideratur tamquam do-

minus communionis. Ex eo ipso necessario sequitur, uxoris jus interim quasi silere, unde efficimus regulam: uxor stante communiōe de bonis communibus contra mariti voluntatem disponere nullo modo potest. Ex iis ipsis, quae occurrunt citato articulo 179 seqq. haec regula effluit; nam quamprimum tale jus uxori conceditur, laeditur facultas marito concessa. Uxor ne de bonis quidem suis haud communibus, absque mariti auctoritate disponere potest ex articulo 163 Cod. civ. De vrouw al is zij zelfs buiten gemeenschap van goederen getrouwd, of van goederen gescheiden, kan, zonder bijstand van haren man in de acte, of zonder schriftelijke toestemming, niets geven, vervreemden, verpanden, verkrijgen, hetzij voor niet, hetzij onder eenen bezwaren den titel.

Indien de man zijne vrouw heeft gemagtigd, om zekere acte of verbindtenis aan te gaan, is de vrouw daardoor niet geregtigd om, zonder

utdrukkelijke toestemming van den man, eenige betaling te ontvangen of daarvoor kwijting te geven.

Attamen insignis est differentia; nam, ubi quaestio est de bonis uxori propriis, uxor, si forte maritus in rem consentire nolit, potest ad judicem provocare, atque is, causa cognita, sua auctoritate mariti consensum supplere. Vid. art. 167 Cod. civ. Wanneer de man weigert zijne vrouw te magtigen om eene akte aan te gaan, of om in regten te verschijnen, kan zij van de Arrondissementsregtbank van hunne gemeene woonplaats verzoeken daartoe gemagtigd te worden. Quod habet rationem, nam maritus injuria consensum denegare posset. Sed haec ad bona communia extendi non debent; uxor hic frustra ad judicem provocaret cujus auctoritas hic nulla est, vel ex principiis materiae esse potest. De bonis quae uxor, sive exclusa communione, sive extra eam sibi habere possit, pluribus agere ad nos-



trum argumentum non pertinet. Itaque ea, quae sequuntur, intelligenda sunt de bonis communibus.

De his, uti dixi, uxor contra mariti voluntatem disponere nequit. Sed uxor pluribus et admodum diversis modis ex mariti voluntate de bonis communibus disponere et inde maritum obligare potest; de hisce igitur pluribus agendum erit.

Ante omnia notandum est, maritum posse uxorem suam mandatricem constituere, ut quemvis alium: qui cum uxore vi talis mandati expresse negotia gerunt, eodem loco sunt ac si cum ipso marito contraxissent; omnia hic pendent a mandato uxori exhibito, veluti in quaestione, num facultas ad certum quoddam negotium gerendum mandato contineatur, num uxor fines ejus egressa fuerit, num negotium cum mandato necessario cohaereat, similia. Ad haec omnia igitur jus commune applicari debet; cessat in his omnibus uxo-

ris conditio, unice spectanda est *mandatricis qualitas* 1).

Sed praeterea plures sunt casus, ubi uxor, quamvis expressa mariti auctoritas non intervenerit, tamen tamquam uxor ex mariti voluntate agere et mandatum tacitum habere intelligitur; de hisce igitur jam videamus. Prima causa spectat negotia vitae quotidianae: haec uxor recte gerit, eodem modo ac si mandato expresso instructa esset; haec accurate sancita sunt articulo 164. Codicis civilis. Ten opzigte van handelingen of verbindtenissen door de vrouw aangegaan, wegens alles wat de gewone en dagelijksche uitgaven der huishouding betreft, veronderstelt de wet, dat zij de bewilliging van haren man heeft bekomen.

Hoc idem obtinebat jure veteri Hollandico 2).

---

1) Cff. art. Cod. civilis, 1829—1856..

2) GROTIVS Inleydinge, I Boek, deel 5, § 23, et v. n. SANDE, dec. lib. II, tit. 4, Def. IV. VOET, de Ritu Nupt. N<sup>o</sup>. 46.

»Alle andere Vrouwen mogen alleenlijk handelen van 't gene de Huyshoudinge aengaet, ende voor zooveel haer zelve, ende haren Man verbinden: 't welk een man niet en kan beletten, ofte hy moest zijn Vrouw ook dat bewint regterlijk verbieden, ende 't zelve doen afkondigen: Maer in allen gevalle, ook buyten hetgeen voorschreven is, kan de Man aengesproken werden voor zooveel hy door zyns Vrouws handeling zoude mogen syn gebaet.» Eadem res etiam proposita erat in specimine Codicis anni 1820 (art. 228); ibi tamen haec res extensionem recepit; articulus enim citatus 228 etiam continebat omnia quae ad liberorum educationem pertinere intelligebantur 1).

Habent haec summam rationem; quomodo enim negotia vitae quotidianae expediri possent, nisi uxor talem facultatem haberet et gerendo negotio mari-

---

1) Voordeux II, pag. 284.

tum obligaret? Ecquis ceteroquin tuto agere, merces conjugibus praestare posset; certe mandatum expressum in hisce saepius minimi momenti causis haberi nequit. Sed quaeritur nunc et quatenus maritus uxori hanc facultatem adimere possit e. g. indicatione in diariis publicis facta, nequis uxori credat. Videtur dicendum cum consultissimo SCHÜLLER 1), talem indicationem haud sufficere; accedit, quod alii obligati haud sunt legere diaria publica, sub poena juris amittendi, nisi in casibus in quibus lex hoc expresse dixerit. Ceterum nec dubium est de eo, quod vir consultissimus addit, mercatorem, qui a marito expresse monitus esset, ne crederet, suo periculo credere; talis igitur mercator repelli posset, nisi quatenus probet versionem in rem, atque tacitam mariti ratihabitionem. Existimem tamen, mercatori objici semper posse scientiam rei, modo maritus eam a sua parte pro-

---

1) In adnotat. ad art. 164.

bet; nam non debet ab uxoris voluntate pendere lautius vivere, quam maritus par esse judicaverit. Multum igitur hic iudicis arbitrio relictum esse existimemus.

Sed potest de eo ipso litigari, num negotium contineatur iis, quae ad sumtus vitae quotidianae referri debeant; veluti si uxor insignem mercium ejusdem generis quantitatem emerit, vel etiam plures species. Res difficultate non caret; nihil superesse videtur, nisi ut dicamus, iudicem ad rerum adjuncta attendere debere, et ex iis rationem dirimendi quaerere: ut igitur eatenus jus sit in causa positum, ut dici solet: certe conditio personarum, magis minusve lauta ratio vivendi, patrimonium conjugum, similia hic in censum venire possint, ut definiatur, num negotium contineatur citatis ad articulum 164. Ita VOET de Ritu Nupt. No. 46. »Ut tamen hic multum iudicis arbitrio videatur relinquendum, an, et quousque contractus uxoris circa res domesticas, victum et amictum,

aliaque similia, ratus habendus sit, et an non modum justum illa in contrahendo videatur excessisse; quod non modo ex more regionis, sed et ex mariti conditione, opibus, consuetudine praeteriti temporibus debiti similis frequenti in praeteritum agnitione dijudicandum est.”

Sed potest uxor etiam tacitum mandatum habere ratione negotiorum, quae in articulum 164 haud incidunt; quamvis iterum in hisce magis mandatricis qualitas, quam uxoris conditio consideranda venit. Rem exemplo illustremus: maritus mercator solutus est uti uxoris ministerio ad mercaturae negotia gerenda, ad merces emendas, ad apochas debitoribus dandas, similia; talis uxor inde non est mercatrix, de qua specie mox agemus, sed magis est mandataria mariti, qui inde et solus obligatur 1), ac si ipse contraxisset, saltem ex principiis juris hodierni. Si haec vera sunt, quaes-

---

1) DURANTON, II, No. 474. Elle n'est pas réputée

tio in causis obviis iterum inde pendet, num uxor considerari debeat tamquam mariti mandataria.

Tertius enim non semper tute uxori solvit vel vendit; maritus ejus incapacitatem ac mandati defectum allegare posset et provocare ad ar-

---

marchande publique, si elle ne fait que détailler les marchandises du commerce de son mari, mais seulement quand elle fait un commerce séparé. Elle n'est, en effet, alors que la factrice de son mari; pour être valablement obligée, il faudrait qu'elle fut autorisée; et XVIII, N<sup>o</sup> 219. Il n'est pas douteux que si une femme est dans l'habitude de faire les affaires de son mari, d'acheter les provisions ou les marchandises du commerce de celui-ci, de louer les ouvriers, de les payer, en un mot de faire ce que ferait le mari lui-même en pareil cas; il n'est pas douteux, disons nous, que le mari ne puisse être poursuivi par les tiers avec lesquels la femme a traité, par billets ou autrement, car alors elle est la factrice de son mari, et la femme même n'est point obligée si elle ne s'est pas personnellement engagée et avec l'autorisation du mari. S. RINK, diss. de uxore mercatrice, Traj. ad Rhen. 1838, pag. 5 seqq. auctores ibi citati.

ticulum 1421. »De betaling moet gedaan worden aan den schuldeischer, of aan iemand, die volmagt van hem heeft, of die door den regter of de wet gemagtigd is om voor denzelven te ontvangen. De betaling, gedaan aan iemand die geene magt had om voor den schuldeischer te ontvangen, is van waarde, voor zooverre de schuldeischer dezelve goedkeurt of daardoor werkelijk is gebaat geworden.” Quodsi recte faceret, alteri nihil supersit, nisi probare versionem in rem. Verum, si alter probare posset, maritum solutum fuisse adhibere ministerium uxoris, acquiescere iis quae uxor gesserit et fecerit, inde ad mandatum esset concludendum, adeoque maritus obligatus dicendus esset.

Ultima species, ubi uxor maritum obligare, et ita de bonis, quae ad communionem pertinent, disporre potest, locum habet, quando uxor communis mercaturam gerit. Quod idem videmus apud GROTIUM 1).

---

1) Inleydinge, I Boek, deel 5, § 23.



»De neeringen ende rykdommen der Landen daerna grootelyks zynde aengewassen, uyt gelyke reden zooverre is uytgestrekt, dat nu een gebuwde Vrouw, doende openbare Neeringe ofte Koopmanschap, wel mag handelen in alle zaken dezelve Neeringe ofte Koopmanschap betreffende, ende dienvolgende haer zelve ende haren Man verbinden, ook de goederen van de Neeringe vervreemden ende belasten.” Hoc argumentum plenius tractare, hujus loci non est, sed observationibus quibusdam rem absolvere liceat.

Uxor debet mercaturam exercere suo nomine, quod lege indicatur verbis, *openbare koopvrouw* et »zij wordt voor openbare koopvrouw gehouden, wanneer zij afzonderlijk van haren man koopmanschap drijft” (art. 168, al. 3.). Sin minus, possit considerari tamquam mandataria mariti, sed non esset ipsa mercatrix. Porro non potest uxor citra mariti voluntatem merca-

turam suscipere; art. 168 Codicis civilis requirit mariti consensum, neque tamen expressus requiritur: sufficit tacitus, sive talia facta, e quibus merito concludi potest, maritum in rem consensisse; dicitur quippe articulo citato: *Eene vrouw met uitdrukkelijke of stilzwijgende toestemming van haren man openbare koopvrouw zijnde*. Est igitur quaestio, num mariti consensus intervenierit, quaestio facti, quam iudex e rerum adjunctis decidere debet 1).

Denique maritus semper consensum revocare potest, sed illa revocatio tacita esse nequit; hoc fraudibus ansam praeberet, debet et expresse et palam fieri; (cit. art. 168 alinea ultima): »Indien de man zijne toestemming intrekt, is hij verpligt die intrekking openlijk bekend te maken.» Formam, qua fieri debeat, lex non praescripsit, itaque iudicis arbitrio relictum est videre num legis prae-

---

1) RINK, diss., pag. 10 seqq.

scripto satisfactum fuerit 1). In specimine anni 1820, articulo 230 jussus erat maritus, hoc facere in duobus optimis diariis publicis provinciae in qua habitabat, si non adessent in iis proximaе provinciae 2).

Ubi igitur uxor jam mariti consensu mercatoriam exercet, omnes actus, qui talem negotiationem spectant, sola facere potest, emere, vendere, litteras cambiales emittere et acceptare, cet. — Scilicet omnes eos actus mercatorios, ad quos exercendos mariti consensus adest 3). Sola inquam, id est, non requiritur, ut maritus ad negotia specialia

---

1) Sufficit, si maritus consensum revocavit in diario publico, neque maritus, neque bona communia possunt gravari propter debita ab uxore contracta, postquam maritus consensum ex articulo 168 codicis civilis revocavit. *Weekbl. v. h. Regt*, N° 914. (3).

2) *Voorduin*, II, pag. 286 seqq.

3) *Rink*, diss., pag. 34, auct. cit. Cff. art. 2, 3, 4, 5, Cod. mercat.

consensum det, consensus in mercaturam sufficit; et habet hoc rationem, nam si consensus specialis hic requireretur, negotia rite geri et expediri non possent 1). Sed haec pluribus exponere, ad argumentum nostrum non adeo pertinet, nobis videndum est, quis sit rei effectus ratione communionis. Qualitas mercatricis uxori non tribuit facultatem de ceteris bonis communibus immediate disponendi, veluti praedia communia vendendi vel oppignorandi, sic enim potestas maritalis in uxorem transferretur 2); vel sic tamen mediate efficere potest, ut alienentur, nam per actus mercatorios maritus obligatur. »Wanneer zij met haren man in gemeenschap is getrouwd, is ook hij door die handelingen verbonden;» (Cod. civilis art. 168, al. I.) 3)

---

1) Consultissimus DE PINTO, *Handleiding tot het Burgerlijk Wetboek*, tweede gedeelte, pag. 75.

2) RINK, diss. laud., pag. 44.

3) RINK, diss. laud., pag. 56. 62.

itaque actio, quae ex negotio gesto nascitur, etiam contra maritum institui potest, atque si condemnatio secuta fuerit, nullum potest esse dubium, quin omnia bona communia, executionis, sive sententiae executioni mandandae gratia, a creditoribus prehendi et distrahi possent 1).

---

1) Cave tamen putes si communicatio bonorum obtinet, maritum in carcerem civilem mitti posse, propter debita mercatoria uxoris. Maritus enim se ipse non obligavit; quia obligatio lege ipsi imponitur tamquam marito, non tamquam mercatori, neque graviores effectus haec obligatio debet producere, quam quae ex jure civili oriuntur: contra, carceris civilis onus est effectus juris specialis, quo soli mercatores obligantur. Talis est quoque sensus articuli 220 Cod. Nap. e quo noster art. desumptus est. Art. 581 de meth. proced. omnino carcerem civilem permittit adversus mercatores et mercatrices, sed non loquitur de maritis. DE PINTO, opere laud., II, pag. 75. RINK, diss. laud., pag. 82, auctores citati. DIEPHUIS, § 726, in opere laudato: » De daad toch, waardoor iemand bij lijfswang verbonden wordt, stelt alleen den dader daarvoor bloot, en dat middel mag niet worden toegepast buiten de gevallen uitdrukkelijk bij de wet voorzien.»

Ex iis quae vidimus apparet, uxorem ex regula contra mariti voluntatem de bonis communibus disponere non posse, neque iudicem hic auctoritatem suam interponere, cum sic marito legitimam potestatem adimeret. Sed longe alia quaestio est, ane uxor saepius absque mariti voluntate negotia quaedam gerere posset. Certe non potest, ubi maritus praesens est et consentire posset, sed multi sunt casus, quibus mariti voluntas explorari non potest, et ubi communio grave detrimentum caperet, si negotia quaedam, quae dispositionem de rebus concernunt, expediri haud possent. Dispositionem inquam, omnia enim quae negotia ordinaria, rerumque administrationem concernunt, uxor ipsa gerere poterit, partim vi articuli 164, partim tacitum ad haec mandatum habere censi debet. Sed ubi negotium hos terminos excederet; ubi quaeritur de bonis communibus alienandis vel obligandis, veluti de pecunia mutuo

sumenda et de hypotheca concedenda, necessarium esset mandatum speciale; si igitur hoc deest, negotium geri haud posset; huic difficultati legislator obviam ivit articulo 180 Codicis civilis, statuendo, ut uxor tum posset adire tribunal et auctoritatem ad negotium gerendum petere, verbis; »Wanneer de man afwezig is of zich in de onmogelijkheid bevindt om zijnen wil te verklaren, en er onverwijlde noodzakelijkheid bestaat, kan de vrouw de goederen der gemeenschap verbinden of vervreemden, na daartoe door de Arrondissements-regtbank gemagtigd te zijn.»

Itaque iudex in singulis causis inquirere debet, an negotium necessarium sit et dilationem haud patiatur, veluti donec maritus redierit, vel ad meliorem valetudinem restitutus fuerit, et tum pro re nata, auctoritatem concedere aut denegare.

Cum autem dispositio articuli 180 Codicis civilis in locum succedat mandati illius mariti, quo uxori suae, semper alioquin ordinaria negotia gerere

volenti, facultatem dat alienandi et obligandi bona communia, recte consultissimus SCHÜLLER in annotatione ad art. 180 Cod. civ. dicere mihi videtur. »Deze magtiging is slechts voor *eene* handeling,» nam et speciale mandatum mariti non nisi *una* vice valere posset 1).

Sic omnibus prospicitur, et uxori et marito et iis, qui cum uxore negotium gerere velint.

---

1) Pag. 43.



## SECTIO V.

---

### DE UXORIS JURE PETENDI SEPARATIONEM BONORUM.

---

Si ex ipsa matrimonii natura marito concessum fuerit, ut stante communione consideraretur tamquam ejus dominus, salvis paucissimis limitationibus, legislator ab altera parte uxori prospexit, quatenus hoc ex juris principiis commode fieri potuit, tum stante matrimonio, tum eo dissoluto; de utroque paucis videamus.

Stante matrimonio lex uxori concessit petere separationem bonorum, de qua agitur articulo 241 et sequentibus Codicis civilis. Conjuges ipsi stante matrimonio separationem pacto facere nequeunt, non magis quam ullo modo juri suo circa bona sive lege sive pactionibus definito, ullam mutationem inferre, sic enim omnia in incerto essent. Scheiding van goederen bij onderlinge toestemming is nietig. (art. 241 Cod. civ. alinea ultima, juncta articulis 174 et 204 Codicis civ.).

Sed potest fieri, ut maritus res admodum male administret: hinc lex uxori dedit facultatem confugiendi ad judicem et petendi, ut hic bonorum separationem concedat. Veluti hoc quoque idem legimus apud GROTIUM de jure veteri Hollandico: »Staende huwelijk, bemerkende dat de man haer tot armoede zoude brengen, vermag zij regtelijk Boedel-scheydinge te eyschen, ende haren man 't bewint haerer goederen te doen verbieden; welk verbod zijnde afgekundigt, zo en kan de

man daerna hare goederen niet kragtelyk vervreemden ofte belasten, nogte haer voor zyne schulden verbinden" 1).

Hic tamen distinguendum est inter bona, quae uxor extra communionem habet, si haec prorsus vel quoad certa bona exclusa sint, et inter bona communia. Exclusa communionem, accurate loquendo separatio necessaria non est, nam conjugum bona hic sunt separata. Sed nisi aliter pactum sit, maritus habet administrationem bonorum uxoris suae vi citati articuli 160 Codicis civilis; potest haec negligenter administrare, ita ut periculum sit, ne uxor sua recipere possit. Si hoc ita eveniat, legislator dedit uxori facultatem petendi, ut administratio illa marito adimatur et hoc vocavit *separationem bonorum petere* citato articulo 241, N<sup>o</sup>. 2, Cod. civ. verbis: »Wanneer door de wanorde en het slecht beheer zijner zaken, de waar-

---

1) Inleydinge, boek I. deel 5 § 25.

borg voor het huwelijksgoed der vrouw, en van hetgeen haar naar regten toekomt, zoude verloren gaan, of door grof verzuim in het beheer van het huwelijksgoed, hetzelfde zoude worden in gevaar gebragt." Verum, non est, quod hac dere pluribus agamus; vera bonorum separatio usu venit, ubi conjugum bona confusa sunt, sive bonorum communio locum habet; nunc igitur uxor communionis separationem petere potest; neque tamen non nisi gravissima de causa; sola enim mariti negligentia vel culpa hic non sufficit, uti in altera specie, requiritur ut maritus se male gerat, ut bona dilapidet, ut periculum sit ne familia egestate prematur. Eodem articulo 241 alinea I. »Wanneer de man door een kennelijk wangedrag de goederen der gemeenschap verspilt en het huisgezin aan ondergang blootstelt." Cum consultissimo DE PINTO prudentiae judicis hic relictum esse existimus definire, utrum hoc periculum adsit. Sic DIEP-HUIS ad articulum 241. »De verspilling van de

goederen der gemeenschap moet het gevolg zijn van een kennelijk wangedrag van den man. Niet elke achteruitgang derhalve, die de vrouw zou goedvinden, als het gevolg voor te stellen eener dwaze verspilling van den man, wettigt eenen eisch tot scheiding van goederen.” et porro: »Dat wangedrag moet zelfs *kennelijk* zijn; het bewijs daarvan moet derhalve voor de hand liggen, en zonder verder betoog volkomen tot genoegen van den regter zijn 1).” Neque certe par est causa: primo enim loco mariti auctoritas hic longe gravius afficitur, quam ubi uxor eum ab initio communione excluserit. Secundo hic non tantum bonorum administratio, sed et de iis dispositio marito adimitur. Cum legislator voluit, ut utroque casu non nisi ob gravem causam separatio exprimeretur, hinc omnia hic certae et strictae formae obnoxia reddita sunt, atque cautum, ne res in fraudem ali-

---

1) In opere laudato § 1124 et 1125.

orum inprimis creditorum vergere possit. Immo vero lex uxori reliquit potestatem marito auctoritatem restituendi, et separationem tollendi, modo omnia in pristinum statum restituantur, eo modo ac si communicio sublata haud fuisset, salvis tamen iis, quae interim ab uxore legitime gesta sunt et reductione communicionis palam inducta: art. 252 Cod. civilis: »Wanneer de gemeenschap hersteld is, worden de zaken in denzelfden staat terug gebragt, alsof er geene scheiding had plaats gehad, onverminderd de nakoming der handelingen, welke, gedurende het tusschenvak sedert de scheiding tot op het herstel der gemeenschap, door de vrouw verrigt zijn. Alle overeenkomsten waardoor de echtgenooten de gemeenschap zouden herstellen, op andere voorwaarden dan waarop zij bevorens geregeld was, zijn nietig;» et art. 223 Cod. civilis 1). »De echtgenooten zijn ver-

---

1) Art. 815 codicis de Meth. proc.

pligt het herstel der gemeenschap openlijk bekend te maken. Zoolang die openlijke bekendmaking geen plaats heeft gehad, kunnen de echtgenooten de gevolgen der herstellde gemeenschap niet aan derden tegenwerpen.” Sed nobis inprimis agendum est de rei effectu, de jure uxoris post impetratam et effectam bonorum separationem. Uxor igitur nunc fere in eadem conditione est, ac si ab initio bonorum separationem et administrationem rerum suarum sibi pacta esset. Itaque habet liberam rerum suarum administrationem, omnes actus, qui sub administrationem continentur, sola et sua auctoritate peragere potest. Fere, inquam: scilicet, ipsa separatio ipsi non tribuit majorem facultatem; si nihil accederet, dispositio citati articuli 163 Codicis civilis vim suam retineret. Sed uxor hac ratione bonis separata, potest adire tribunal et petere facultatem alienandi mobilia sua, quam judex, causa cognita, semel et simul quoad omnes alienationes futuras ipse con-

cedere potest. Hoc ita statuitur articulo 249 Codicis civilis: »De vrouw, welke van goederen gescheiden is, bekomt de vrije beheering daarvan terug, en kan, niettegenstaande de bepalingen van artikel 163, van den regter eene algemeene bewilliging bekomen, om over hare roerende goederen te beschikken.» Itaque, quoad ceteros actus disponendi, veluti ad pecuniam mutuo sumendam, ad immobilia alienanda vel obliganda, singulis vicibus, indiget auctoritate mariti vel iudicis. Sed haec bonorum separatio uxorem minime liberat ab obligatione conferendi ad sumtus communes et ad educationem liberorum. Hoc disertè dicitur articulo 248 Codicis civilis: »Niettegenstaande de scheiding van goederen, is de vrouw verplicht om naar evenredigheid van haar vermogen en dat van haren man, bij te dragen tot de kosten der huishouding en der opvoeding der kinderen, door haren man bij haar verwekt. Bij onvermogen van den man, komen die kosten ten laste van



de vrouw alleen." Neque tamen legislator uti in Codice Francico 1) definivit quantitatem, quam conferre debeat; dixit articulo citato: naar evenredigheid van haar vermogen en dat van haren man. Si igitur conferre negaret, maritus collationem in judicio petere deberet, et judex pro re nata rem definiret; quae definitio, mutatis rerum adjunctis, mutationes subire posset, eodem modo, uti hoc in condemnatione ad alimenta praestanda locum habere potest; saltem juris analogia 2) videtur requirere ut ita statuamus. Hoc unum addendum superest, maritum universe quoties contra uxorem actionem instituat, eo ipso uxori tribuere auctoritatem ac-

---

1) Code civil, art. 1448. La femme qui a obtenu la séparation de biens doit contribuer proportionnellement à ses facultés et à celles du mari, tant aux frais du ménage qu'à ceux d'éducation des enfants communs. Elle doit supporter entièrement ces frais s'il ne reste rien au mari.

2) Vid. Sectionis XV<sup>ae</sup> sectio tertia.

tionem illam suscipiendi 1), nam actionem instituere et tamen nolle, ut actio suscipiatur, simul consistere, adeoque admitti nequit.

Tandem notandum est, uxorem, impetrata separatione communionis, utique retinere jus renuntiandi communioni, uti recte observat consultissimus SCHÜLLER 2) in commentatione ad articulum 249 Codicis civilis; nam illud jus renuntiandi locum habet, quoties communio bonorum dissolvatur. (articuli 181, 187, 208 Codicis civilis et 814 de methodo procedendi).

---

1) DIEPHUIS, § 753; et quoque DURANTON II, N<sup>o</sup>. 467.  
»Comme il suffit du concours du mari dans l'acte pour autoriser valablement la femme, on doit conclure de là que le mari qui poursuit sa femme est censé par cela seul, l'autoriser à se défendre.»

2) In auctoris opere laudato, pag. 55. DIEPHUIS, § 943.

— 82 —

SECTIO VI.

---

DE UXORIS JURE RENUNTIANDI COMMU-  
NIONI BONORUM.

---

Sed necesse est, ut de hoc jure renuntiandi  
communione bonorum paucis agamus, nam et inde  
insignis existit differentia inter maritum et uxorem  
ratione communionis.

Maritus communionem administrat; salvis pau-  
cissimis restrictionibus, de communione tamquam

dominus disponit, sine ejus voluntate nullae obligationes communioni imponi possunt; nulla igitur ratio est, cur maritus sese ab obligationibus, quas vel ipse suscepit, vel quae ex ejus voluntate susceptae sunt, liberare possit.

Sed haec omnia secus sunt a parte uxoris; potest certe haec bonorum communium separationem petere; sed stante communiōe se mariti administrationi opponere non potuit, nec proinde prohibere, quominus eam obligationibus oneraret. Hinc durum merito visum est, ut uxor etiam ultra ea, quae ad communionem attulerit, onerari posset, et forte diu postea 1) si quaedam bona propria acquisiverit, a creditoribus mariti inquietari. Hinc jam cito invaluisse videtur, ut uxor, soluta communiōe, ei sive ejus effectibus renunciare posset, et amissis allatis, ceterum omnis lucri et damni expers e domo conjugali recedere. Doctrinam in-

---

1) DIERHUIS, § 854. DE PINTO II, § 113.

venimus apud GROTIUM: »Maer een vrouw den heele gemeene boedel afstaende ende gaende voor de Baer uyt, alleen met haer dagelyksche kleedren, is bevryt van de schulden die staende Huwelyk zijn gemaekt.» Sed jam diu invaluerat consuetudo; nam cum ALBERTUS BAVARUS, Hollandiae comes, 12 mensis Decembris anni 1404. Hagae Comitum fato cessisset, ipsius vidua MARGARITA CLEVIANA hereditatem repudiavit et communionem se abstinuit: qua occasione iudex sententia definivit solemnitates, quas uxor observare deberet 1).

Ex hisce similibusque solemnitatibus declarandae sunt antiquae formulae: *den boedel met den voet stooten*, ut et: *de sleutels op de kist leggen*. Usus hic videtur quoque viguisse in aliis regionibus. »Apud Gallos solent viduae *claves* et cingulum supra mariti defuncti corpus projicere

---

1) Rem proposuit WAGENAAR, *vaderlandsche historie*, deel II, hoofdst. 22, § 26.

in signum quod bonorum communioni nuntiam dant. — »Dasz dieser Gebrauch auch in Schwaben herrschte, lehrt folgende Urkunde; item dasz ein Weib nach Absterben ihres Ehemannes, der mit Schulden beladen gewesen, die Schlüssel auf die Bar legen und damit *von Hab und Gut abtreten möge*,” dicit GRIMM 1). VAN DE SPIEGEL hunc usum remuntiandi ex lege Salica originem cepisse vult. »Deze gewoonte van het wegwerpen van den halm is herkomstig uit de lex Salica tit. 49 en de Heer ECCARD, in addit. ad legem Sal. p. 191, brengt eene gifte bij van MATHILDIS, Hertoginne van Toscane, welke juxta legem Salicam bij zich hadde een geknobbelden halm of takje en hetzelfde ter deure uitwierp” 2).

Sed hae solemnitates, GROTH aetate adhuc usita-

---

1) Pag. 176 et 177. operis laudati et M. C. VAN HALL. Over het zinnebeeldige in de oud-Nederlandsche regten, in *Bijdragen tot Regtsgeleerdheid en Wetgeving IX.*

2) Pag. 132 operis laudati.

tae, uti apparet ex loco citato § 18, postea ex usu recesserunt, et res accepit formam in repudiandis hereditatibus adhibitam; quam certe jure hodierno habet, uti patet ex articulo 188 sequentibus Codicis civilis.

Sed non est, quod de hac forma hic pluribus agamus. Rei effectus proponuntur eodem articulo 187. Uxor igitur quae communioni renunciat, universe omnis lucri et damni expers est, recipit tantum lintea, quae ad ipsius corpus pertinent et vestimenta, non tantum quotidiana, sed omnia (de geheele garderobe) uti vir consultissimus DIEPHUIS ait 1); nimis enim durum visum fuit, uxorem viduamve his privare. Sed ceterum uxor omnis lucri expers est, nihil e bonis communibus accipere potest; omnia igitur quae ab ipsius parte in communionem inciderunt, amittit. Sed noluit legislator ut ultra damno afficeretur. Hic tamen inter maritum ejusve heredes et creditores distinguendum est.

---

1) Opere laudato, § 867. DURANTON XIV, N<sup>o</sup> 507—10.

Ratione mariti omnis damni prorsus expers; nam quidquid solvere coacta fuerit, qualisque tandem sit origo debiti, haec omnia a marito ejusve heredibus repetere poterit. Hoc disertis verbis docemur a linea ultima dicti articuli 187. »Behoudens in het eene of andere geval, haar verhaal voor het geheel op haren man of diens erfgenamen.» Itaque verba ultima a lineae secundae: »Ten ware zij zich als openbare koopvrouw mogt hebben verbonden,» necessario accipienda sunt de creditorum actione. Ratione creditorum attenditur ad debiti originem; sunt enim duae species, quibus creditores uxorem, quae renuntiavit, idque in solidum, convenire possunt.

Prima est, si mulier ipsa ante matrimonium debitum contraxerat. Hoc habet rationem; creditor hic mulieris fidem secutus est, huic credidit; stante communione hanc sibi obligatam habuit, sed hac dissoluta, nulla est ratio, cur originariam suam debitricem convenire non posset, vel cur



etiamnum alium, cum quo non contraxit, sibi obligatum haberet 1).

Altera exceptio est in debito mercatorio, quod uxor tamquam mercatrix publica contraxit. Ratio hujus exceptionis vulgo quaeritur in eo, quod uxor hic sola et suo nomine contraxit; sed dubito, an haec adaequata si. Contraxit certe sola, sed minime propria auctoritate, nam mercaturam exercere non potuit sine mariti consensu, differentia tantum in eo est, quod non requiratur consensus in singula negotia, sed generalis consensus in mercaturam sufficiat. Ratio saltem praecipua nobis quaerenda videtur in ipsa mercaturae natura; quis cum uxore mercatrice contractus celebrare, negotia gerere tuto posset, et igitur vellet, qui sibi metuumdum haberet, ne uxor repudianda communione, se a debitis quae contraxerit, liberaret?

Exceptio tantum spectat creditores, uxor enim

---

1) VOORDUIN, ad art. 186, Cod. civ.

quae communioni renuntiavit, omne id quod ex hisce causisolvere debuit, a marito ejusve heredibus repetere potest; horum intuitu ab omni debito, quatenus tandem sit hujus naturae vel origo, immunis est. Ultima verba dicti articuli 187 al. 3, nimis clara sunt quam ut ulli dubitationi locum relinquere possint; itaque verba a lineae secundae: *ten ware zij zich als openbare koopvrouw mogt hebben verbonden*, prorsus abundant.

Ex citato articulo 187 igitur uxor, tantum duobus casibus a creditoribus conveniri poterit, scilicet si 1<sup>o</sup> aut ante matrimonium 2<sup>o</sup> aut tamquam mercatrix publicae debitum contraxit. Jure Hollandico admissus erat tertius casus, scilicet, ubi uxor contraxerit mariti auctoritate ita ut tum pro parte, vel in solidum prouti se obligaverat, conveniri posset; videantur Clarissimi VAN DER KEESSEL Theses selectae juris Hollandici et Zeelandici thes. 226. Atque idem occurrit Codice Napoleontico articulo 1494. »Elle reste néanmoins tenue

envers ceux-ci lorsqu'elle s'est obligée conjointement avec son mari." Hinc nonnullis videtur, idem et nunc admittendum esse. Sed hoc non existimem 1<sup>o</sup> quidem jus vetus non potuit latere legislatorem, itaque argumento a contrario concludendum videtur, ipsum id studio omisisse.

2<sup>o</sup>. Non deest ratio mutati juris, noluit legislator, salvis dictis duabus exceptionibus, ut uxor, ultra allata, damnum sentire posset.

Atque etiam GROTIUS quoad debita stante matrimonio contracta, excipit tantum debita mercatoria.

»Welk geen plaats en heeft in koopluysden vrouwen die haar in tegenwoordigheydt ofte afwezen van hare mans met de koopmanschappen in 't verkoopen ofte koopen openbaerlyk hebben onderwonden, als dewelke gehouden zyn voor hare mans schulden te verantwoorden 1).»

---

1) Inleydinge II Boek, deel 12, § 19.

## SECTIO VII.

---

### DE CONJUGUM JURE POST MORTEM DIS- PONENDI DE BONIS COMMUNIBUS.

---

Superest, ut tandem paucis videamus de jure, quod conjuges post mortem in bona communia exercere possint. Rei naturae consentaneum est, ut hujus juris intuitu nulla inter maritum et uxorem sit differentia. Stante matrimonio, insignis est et esse debet mariti potestas; sed nulla est

ratio, cur maritus post mortem auctoritatem in uxorem exercere possit; hinc tamquam principium generale sancitum, uxorem absque mariti consensu testari posse. Art. 173 codicis civ. »De vrouw kan zonder bewilliging van haren man uiterste wilsbeschikkingen maken:» Idem quod videmus in jure veteri Hollandico. »Een gehuwde Vrouw vermag by uysterste wille van haer goedt zulks te beveelen als haer gelieft, zonder haers Mans bewilliging van noode te hebben 1).»

Si haecce principia ad causam applicemus, sequitur, utrumque conjugem de sua communionis parte libere disponere posse, nec tamen ultra; placuit legislatori hoc expresse sancire articulo 950 codicis civ., verbis: »Echtgenooten kunnen, ten opzigte van goederen welke in gemeenschap zijn,

---

1) Inleyding 1 boek, 5 deel, § 25, et de Frisia VAN DE SANDE lib. II, tit. 4, def. IV.

niet verder beschikken, dan over het aandeel, dat ieder hunner in de gemeenschap heeft." Si igitur locum habuit legalis, adeoque omnium bonorum communio, quisque de dimidia patrimonii communis parte, quae, si acceptent, heredibus ipsius cedet eodem modo et ad eundem juris effectum, ac hereditas. Si forte ex pactis antenuptialibus vi art. 197 Cod. civ. partes communionis sint inaequales, veluti ut unum spectent pro tertia, alterum pro duabus tertiis partibus, similiter quisque tantum de eadem illa parte disponere poterit; ideo articulo 950 dicitur: »over het aandeel dat ieder in de gemeenschap heeft." Tandem, si exclusa communione bonorum, obtinnit communio lucri et damni, vel communio fructuum, quisque de sua, sive aequali sive inaequali hujus communionis parte, recte disponit. Sed hucusque posuimus, conjugem disposuisse de parte indivisa bonorum communium; res tum non magnam habet difficultatem; applicanda tum est doctrina de

communi hereditate dividenda. Verum evenire potest, ut conjux disposuerit de re speciali, quae ad communionem pertinet, veluti, sunt certae aedes communes, conjux has aedes legavit Titio, quale erit jus legatarii? Res difficultate non caret. Legatum speciei alienae nullum est ex art. 1013 cod. civ.: »Wanneer de erflater cenig bepaald goed van een ander gelegateerd heeft, zal dit legaat nietig zijn, hetzij de erflater al dan niet geweten hebbe dat dit goed hem niet toebehoorde.» Sed dici nequit, conjugem aedes alienas legasse, est enim condominus aedium; neque etiam dici potest, ipsum legasse rem sibi propriam, nam est tantum dominus aedium pro indiviso, id est, non ipsarum aedium sed tantum partis earum indivisae; itaque de ipsius aedibus testamento disponere non potuit; his principiis nititur dispositio articuli 950 Cod. civ. voluit legislator, ut legatarii jus ad ipsas aedes penderet ab eventu divisionis; si aedes assignantur parti conjugis legantis, res ita consideratur, ac si

conjux rem propriam legasset, et legatarius aedes in natura petere poterit. Sed quid, si aedes parti testatoris haud assignentur? nunc legatarius non habet jus ipsas aedes petendi, hoc juris principiis adversaretur; attamen testator habuit jus indivisum in communione, legando fecit delibationem hereditatis; aequitati, immo etiam juris principiis adversaretur, si heredes legatum lucrarentur; porro hoc collusionibus inter heredes conjugis et alteram partem ansam praebere posset. Hinc statutum est, ut legatarius jus haberet ad rei valorem. Sed hic tamen distinctionibus opus est; si bona in parte conjugis testatoris assignata sufficerent, res non habet difficultatem, rei pretium inde praestandum erit. Sed quid, si haec deficient vel non sufficiunt? Ultima verba citati articuli 950 sic se habent: *en bij ongenoegzaamheid uit de goederen aan de erfgenamen persoonlijk toebehoorende.*

Haec verba difficultate non carent. In articulo 1423 Cod. civilis Francici qui nostro articulo



respondet, legimus. *et sur les biens personnels de ce dernier.* Unde nonnulli colligunt nostrates 1) voluisse dicere: aan den *erflater* persoonlijk toebehoorende. Sed non necesse videtur ad audacissimam illam crisin confugere, modo cum consultissimo SCHÜLLER in notatione ad articulum 950 2) distinguamus, num conjugis disponentis heredes hereditatem adierint sub beneficio inventarii, sin minus 3). Si hoc fecerint, legatarius valorem legati consequi posset a bonis testatoris, sive haec communia fuerint sive ipsi propria forte vi articuli 175 Codicis civilis, modo bona sufficiant ad tale legatum excolendum, id est, deductis aere alieno et portione legitima ac salvo articulo 1019 Codicis civilis. »Wanneer de nalatenschap niet voor het geheel of een gedeelte

---

1) *Regtsgeleerd bijblad* tom. II, pag. 85 seqq.

2) *Opere* laudato pag. 175.

3) 1078 Cod. civ.

is aanvaard of wanneer dezelve is aanvaard onder het voorregt van boedelbeschrijving, en de nagelatenen goederen niet voldoende zijn om de legaten in hun geheel te voldoen, zullen alle de legaten, in evenredigheid van hunne hoegrootheid, worden verminderd, ten ware de erflater daaromtrent anders mogt hebben beschikt.” Si heredes pure adierint, omnia legata tanquam heredes pure aduantes, etiam de suo exsolvere tenentur. Ut vero heredes conjugis, hereditatem sub beneficio inventarii aduantes, legatum ultra vires hereditatis, e bonis suis personalibus, seu sibi propriis praestare deberent, hoc juris principiis adeo adversaretur, ut legumlator censeri nequeat, tale quid sancire voluisse.



IV.

Communio omnium bonorum inter conjuges, qualis nostris legibus descripta est, praeferenda videtur communioni bonorum limitatae codicis Gallicae.

V.

Litterarum cambialium origo est repetenda ex Italia.

VI.

Praestat in inquisitione publica, testes jurare, postquam ex iis nomina, qualitates et aetatem quaesiverit iudex.

VII.

Favemus sententiae in rebus criminalibus, reo absoluto, tum publice tum privatim, damnum resarciendum esse.

VIII.

Judicium juratorum vitiis non caret.

IX.

Jus belli indicendi penes solum sit regem, neque cum ordinibus Generalibus.

X.

Non assentior LUDOVICO BLANC; statuenti concursum, qui ex libera industria profuit societati nocere.

XI.

Improbanda mihi videtur lex, quam nuper in Gallia tulerunt, qua auxerunt mercedem operariorum, atque minuerunt tempus operae.